
VITT EMANUEL



PETRI CVRSII CIVIS RO.


DEFENSIO PRO

ITALIA AD

[redacted].

Op. Tomo 3.





F. Molsa.

Excitet occan[redacted]*undis,*
Et totum pubes Te tua Rhene bibat,
Non minus Italiae stabit decus, ignea dum vis
E Cursi docto fulminis ore cadet
Sic Iouis immoto consurgens robore quercus
Contemnit Borreas, debilitatq; Notos.

Paulo. III. Pont. Max. P. Curſius. S. P. D.



Vod orbis illa debellatrix Italia ab Eraſmo Germano m'ltis iã editis mõum̃ētis celebri, ĩ Myconio calũo iterpretando, eſt iudicata, tam raro bellaces ꝑducer̃, ꝙ̃ raro fidos Africa, Eruditos Scythia: Nõ potui me cõtinere Paule Pont. Max. Quin eius Terræ defenſionẽ ſuſcipere, quæ me, meoſq; omneis auos, atauoſq; naſcẽtes, excepiſſet. Cũ uero ſuſceptam, ac uix dũ omnibus membris informatam, quidam uiri mihi amiciſſimi, iidemq; doctiſſ. uidiſſent: uiſam, ut ederem, editam Eraſmo, ut ꝙ̃ primum mitterem ſuaſerunt: perſuaſeruntq; facillime: quod hunc ingenii mei fœtum, non tam externis gentibus eloquẽtiæ oſtẽtatorẽ, ꝙ̃ Italiæ mei erga ſe ſtudii, ſeu pietatis potius, declaratorem: & Eraſmo mutandæ, tollẽdæq; ſententiæ ꝑſuaſorem eſſe cupiebã. Cuius ego uoti ut certius cõpos fierem, maturandã mihi editiõem eſſe uidebã, ne dũ hũc intra parietes, ueluti intra uterꝝ, diutius cohiberem, formarem, colorarem q; moroſius: aliquid de me, aut de illo fieret. Cũ igit̃ hi meo magis propoſito, & me tu: quã ſuo iudicio in ſn̄iam traxiſſent: piaculum me cõmittere putaſſem: ſi partũ hunc alius, quã tuis auſpiciis in hoĩum lucem edidiſſem. A quo licet facto una me rõ auocare potuiſſet: Quod

in altissimo isto tuo rerum humanarum fastigio, tuam quoque singularem eloquentiã reformidare debe-bam: longe tñ plures, longe me maiores rationes, ad id audendũ sunt hortatæ. Primũ, quod te Italum sciebã, sciebam & Romanum: nec ciuem modo clarissimum, sed Principẽ amplissimum, ac ex amplissimis principibus pcreatum: q longa serie, multis sæculis, plurimis rebus, bello, & pace: fortiter, sapienterque gestis, Italiã ab externis periculis defendissent: utque hanc ciuitatẽ uariis beneficiis affecissent: sic & hãc urbem, clarissimis monumentis exornassent. Deinde quod tu iã nõ Italiæ modo cunctæ, cunctoque (quã late patet) Christiano Imperio præsideres: sed quod longe prius id sis meritus, quã adeptus. Quodque is, cui successisti, te prius tanta successione dignũ iudicauerit, quã in morbum inciderit. Cui. n. est obscurum? Clementẽ VII. In cõponendis Italiæ bellis, intestinisque seditiõibus (qbus forsan ab Erasmo minus bellicosi existimari potuissemus) tuo præcipue usum fuisse consilio? Cui & illud iã est incognitum? licet intra parietes factũ? Eundẽ in sua illa tã longa ualetudine, cũ te sibi successurum animo (quod morientes solent) præsagisset: tantũ sua quoque sponte tuis uirtutibus, tuæque sapientiæ tribuisse, ut suos omneis, ad quos id oĩum præclarissimũ munus ptineret, quadã quasi testamenti religione obstrinxerit: te (quantũ ipsi possent) ut Christiani nauigii gubernaculo moderando, Luteranisque pcellis sedandis, præficerent: te unũ testatus parẽ, unum

testatus idoneum,qui Italiæ,omniumq; Christia naꝝ nationum dubiam adhuc,incertamq; con- cordiã stabilires:religionem labefactatã, redinte grares:Pontificiã maiestatem imminutam, am- plificares. Nec modo hæc,quæ ad publicas, piasque:sed quæ etiã ad priuatas familiæ rationes ꝑ tinent,sunt uulgatissima: Tantum præterea illũ, tuæ bonitati,& fidei credidisse,ut cum suoꝝ om- nium tibi tutelam,ueluti parenti optimo,cõmen dasset: Tuq; illos in tuã fidem recepisses, extre- mum spiritum,ut de reip. suoꝝq; statu securus, æquo animo naturæ reddiderit. Demum ea me præcipue ratio mouit,Quod te,tum longo reꝝ usu,tum exactissima doctrina,optime omniũ sci re non ignorabã:belloꝝ,quas tot annos pertuli- mus,iniurias,non tam (quod multi putant) Ita loꝝ animoꝝ disiunctione,populoꝝue mobilita- te,quã imperantium uarietate,potestatumq; dis- similitudine contigisse. Quæ si nunc in Italia, ut in sapientissima quondã Græcia,passim existat: Cui?nisi reꝝp. ignaro,miꝝ uideatur?siqdem in no stra hac regione,quod in aliis non item: Tot fere sunt principes, tot Reges, quot maximæ, quot opulentissimæ ciuitates:Quas constat esse quã plurimas: Tot fere reꝝp. formæ,quot illaꝝ sunt potestates. Quaꝝ diuersissimos fines si diligen- ter animo expendisset Erasmus: ex his belloꝝ fontem,ex his seditionum originem,ex his Itali- am non ab externis uictam:sed ab Italo externis patefactam animaduertisset. Nec,ꝙ externi Ita

lis uocantibus,Italis fauentibus,Italiã ſupiorib9 annis fœdiſſime lacerarint: huius propterea,nedũ oĩs æui Italos raro bellaces iudicaſſet:iudicatos literis cõſignaſſet. Vt mihi uideat̃ Eraſmus, aut nõ legiſſe,aut lectũ,ut uanum neglexiſſe, Italis ueluti p̄ſtãcioris naturæ ciuibus gñoſioꝝ siderũ affulſu,regios imperandi ſpũs ita eſſe infuſos, bellandiq; ptinaciã ita natura eſſe inſitã:ut bella ſemp agitare,bella tractare,bella expetere,& quæ ſuis uiribus nequeant:ea alienis moliri cogantur. Sed ego ſtult9:qui hanc alterius loci diſputationem eſſe nõ uideri. Q̃d aũt. P.B.ad meæ defenſionis editiõem ptinet:debueram(ut dicebam)a tã audaci ꝓpoſito abſterreri:inq; tua oĩum diſciplinaꝝ eruditiõe,tuã quoq; eloq̃ntiã,acerrimũq; iudiciũ reformidare. Niſi ſupiorib9 cauſis ea ẽt acceſſiſſet,q̃d me,ſi nõ magnã, aliquã ſaltẽ abs te, aliisq; Italis gr̃am inituꝝ ſpauerim:ſi bellicã tot diuinis uerius miraculis,q̃ humanis facinoribus nr̃æ regionis multis ſæculis,ꝓpagatã gloriam,ne unus Eraſmus præriperet,ego primus obſtitiſſẽ: maluiſſemq; doctiſſimi uiri ſimultates appetere: q̃ illam,aut oĩno relinq̃re indefenſam:aut clarioribus oratoribus nõ indicare defendendã. Nam ſi hæc tã inſignis nota in Eraſmi Adagiis indefẽſa,inculpataq; inueterauiſſet,non paꝝ fuiſſet timendum,ne poſteri,nõ tam Italos ut uanam neglexiſſe,q̃ ut uerã diluere nequiuiſſe, eſſent opinaturi. Vale. octauo kal.Decembr. M. D. XXXIIII.

PET. CVRSII CI. RO. DEFENSIO PRO ITALIA AD ERASMVM ROTERODAMVM.

ET si [illegible] bellica Italo℞ militū, ac Impato℞ egregia facinora, tot, tanta, tamq̃ incredibilia sem̄p extiterunt: ut nullius facundissimi oratoris eloq̄ntia, tam admirabilis, tam excellens, humano captu comprehendi queat. Quæ lōgissimi æui spatio illis enumerandis, nedum explicandis satis esse putet̃. Tamē q̄d tu unus, (quātū sciā,) tot ante actis sæculis es reptus: qui Italos raro esse bellaces, & senseris, & id literis cōsignare, posterisq̃ ₚdere nō dubitaueris: nō eo me animi robore, ea mentis tranq̄llitate præditū fateor, ut cognita hac, licet uana, Italiæ ignominia, non sim repente publica causa uehementissime comotus: Priuata, acerbissime tristatus. Publica, q̄d gentē tu Italam, ea laude spoliare tentaueris: qua omnium gentium, oīum sæculorum, omnium auto℞ testimonio, ipsarum deniq̃ rerum gestarum in solis terrarum ultimis, uariis adhuc in locis extantibus monumentis, omnibus gentibus, longo interuallo antecelleret. Priuata, quod huic tam indignæ notæ, tam iniustæ ignominiæ, qua eam tu regionem affecisti: In qua ego, meiq̃ omnes aui, atauiq̃ essent procreati: pro ipsius dignitate diluendæ, me omnino imparem esse cognoscerem,

Hinc igitur rei indignitas [redacted] me,ut tibi ab
ſenti hanc defenſionē ſcriberē,hortabatᷣ. (Quan
do præſēs aut tibi recitare,aut de hac tecū re fa-
miliarius colloqui,nō poſſem.)Hinc mei ingenii
infirmitas:tui præſtantia,ab hoc me opere deter
rebat. Nam ſi tantam rem aggrederer,mihi non
parum timendum eſſe uidebam,ne huic oneri te
mere ſuſcepto,turpiter ſuccumberem: ſi non ag-
grederer,non minus timendum,ne meam, quan-
tacunq; eſt,operā,publicæ cauſæ male denegaſſe
iudicarer:ptiuatiſq; plus animi offenſionibus, q̃
publicis tribuiſſe,iure ab illis reprehenderer : qui
non ignorarent,paucis ante menſibus , ſummo
ſtudio,acri contentione,longa oratiōe ,priuatam
cauſam animoſe defendendam ſuſcepiſſe : ſuſce
ptam animoſius defendiſſe, Itaq; cum aliquādiu
id animo uolutaſſem,ea tandem deliberanti ſen-
tentia potior,ea ratio uiſa eſt probabilior : ut de
hac tibi re uel cum periculo minus egregie naua-
tæ operæ ſcriberem,quā cū neglecti officii,ac pie
tatis nota omnino conticeſcerem. Siquidem in-
geniii infirmitas,ac eloquentiæ tenuitas, tolerari
forſitan poſſit:Officii,ac pietatis cōtemptus nul
lo modo poſſit. Huc acceſſit,quod ab iis, qui bel
licis Italorum laudibus fauent,aliquam me om-
nino gratiam initurum ſperauerim,quod cū pri-
mus id tentauerim,Clariores oratores, non ſtu-
dio tamen mecum contendendi,neq; q Italia nō
ſe,ſola ſui celeberrimi nominis maieſtate defen-
dat,ſed ne ſummorum oratorum patrocinio ca
rere

rere uideatur, id sint summa cum laude perfectu ri, Quod ego maioribus animis, q̃ uiribus, dolẽtius, q̃ subtilius conatus, perficere nequiuerim. Rogo te igit[redacted], ut posito tuo ad breue tẽpus Italorum militum odio, aut (si ita mauis) ignauiæ italæ contemptu: Tuoq; item erga te, & tuos amore, tantisper te mihi attentum, beniuolumq; exhibeas, donec ego in ea causa tuum ultro iudicium subeam: audacterq; sustineam: In qua tu prius Italam gentem damnaueris, q̃ nos te illam unq̃ accusaturum putauerimus: tuiq; pristini iudicii tantisper obliuiscaris: nihilq; huc afferas præiudicati: dum tu contra, quid ego de tuo hoc iudicio sentiam, intelligas: idq; ut libenter facias, non hæc te sola causa debet impellere, q̃ nouo, inusitatoq; liberalitatis genere te in tua sentẽtia retractanda iudicem non detrectem, cuius te reum apud seuerissimos iudices, & iure agere, & legibus peragere potuissẽ: Sed ea quoq;, quod eo, tota hac elucubratione temperamento, me usurũ polliceor: ut in summa, publicaq; iniuria, nullam contumeliam, in uehementissima iracundia, nullũ sis insolentius conuitium à me auditurus. Dabo enim enixe operam, ut te indigne fecisse, comiter magis ostendam, q̃ te cõtumeliose, superbeq; refutẽ. Tua siquidem ætas ingrauescẽs, tuæ uariæ, singularesq; ingenii uirtutes, causæ præterea nostræ fiducia (utinam sic & eloquentiæ) mihi suaserunt, ut lenius tecum agerem: teq; amice potius interrogarem, moneremq; humaniter: q̃ aut pe-

Dolentius q̃ subtilius

Nil afferas praeiudicati

Reum agere iure, et legib. peragere.

Comiter magis q̃ contumeliose superbeq

Causae fiducia. Vtinam sic et eloquentia

tulanter exagitarem: aut hostiliter insectarer: spe-ro enim, si sine iurgio te appellatum uideris, fore, ut quem res ipsæ, non tam scriptæ, q̃ gestæ: nec tam auditæ, q̃ uisæ: quenq; non tam ipsa fama egregiorum, diuinorũq; Italiæ facinorum, quasi per manus (ut dicunt) tradita, q̃ cõcordi omni-um linguarum sermone intexta historia nõ dum mouerint, nostra forsan oratio, si nulla uerborũ immoderatiõe efferatur, nullumq;, e, barbatis il-lis priscis prouinciarum expugnatoribus ad inui diam in te conflandam ab inferis excitet, sola ue-terum Italorum existimatione contenta, a pristi-na te mẽte, sentẽtiaq; deducat, inuitetq; simul: ut ueluti Achilles Telephũ, eadẽ, qua uulnerauerat hasta sanauit, sic tu, Quo Italis stilo ignauiæ uul nus intulisti, eodẽ placatior factus, medearis.

Imoderatione verbor. efferri

¶ Principio Italiam Erasme, quam tu ignauiæ damnasti, tam multis annis, tam uariis, exitiali-busq; bellis, tot intestinis, tamq; nefariis seditio-nibus, tamq; multiplici calamitatum genere ue-xatam, ut nemo non nouit, sic nos nõ modo bo-norum, fortunarumq; omnium prope interitum, sed eloquentiæ quoq;, cæterarumq; disciplinarũ, non paruam iacturam factam; neq; sine dolore recordamur, neq; sine gemitu recẽsemus: neq; si-ne pudore fateri cogimur, latinas literas in suo latio aliquot ãnis ita rarius coli desiisse, ut in alie-no, q̃ in suo, lætius solo florere, uberioresq; pere-gre, q̃ domi fructus producere cæperint. Quam obrem Venetis interea, Patauinis, Gallis, ac Ger-

manis, ad quos illæ, ubi tutius agerêt, immigrâssent, non mediocriter inuidebam, sic tamen ut lõge magis Italis succéserem: qui intestinis seditionibus, belli, & pacis artes, quæ nostrorum maiorꝝ propriæ, perpetuæq; fuisset: nec quo deberêt studio persequi, nec qua cuperêt laudê cõsequi ualerent, Cæterum compositis tãdem Italiæ rebus, animo aliquantum recreatus, sperare cæpi, latinas literas breui, quasi postliminio, in domum suam ueterem remigraturas: meq; eo nomine cõsolari, quod Itali, qui ineuntibus nostræ tẽpestatis bellis uisi fuerant externis hostibus minus bellicosi, quod longa rei militaris desuetudine, ueteris militiæ disciplina exoleuerat, ac prisca illa animorum ferocia elanguerat, ita breui, licet in partes diuisi, bellica uirtute claruissent, ut Italiæ hostes uelint, nolint, fateri cogantur, Italiam ne cum Italiæ quidem uiribus uinci, subigiue posse.

Postliminio remigrare in Domũ suam

❡ Cum igitur ita me cum multis sæpe essem cõsolatus, meq; non ad grauiora illa philosophiæ, ac eloquentiæ intermissa studia, sed ad mansuetiores musas longo interuallo reuocassem, ecce non conuicianti, non accusanti, non aliena occupanti. Amplissimum Rodulfum Cardinalê carmine tantũ laudanti, lis Rodulfi nomine, aliena calumnia, alieno carmine mihi est intentata, nec ideo, quia non qua debui, sed quia illum, qua potui laude, adornarim, quam ego litem dum dffringere appararê, & in obiecto robore (Quis hoc unq̃ putasset) diluendo uersarer, altera mihi &

indigne damnatæ abs te regionis causa est indi-
cata magis, ne nescirem, q̃ ut defenderem oblata,
argumento longe dissimili, ratione longe diuersa,
longe dispari iniuria, ac nota, tam insignite Italo
nomini impressa, ut pro ea una diluẽda Itali om-
nes, Qui, non aquis pluuiis, sed uiuo oratiõis flu-
mine exundant, dicendi facultate cõtendere, Qui
bellicarum uirtutum studio, gloria q; trahuntur,
gladiis, telis, equis, uelis depugnare, digladiariq;
deberent. ¶ Nec me latet Erasme priuatã illam
meam fuisse eiusmodi, ut eam quispiam sine ulla
uocis contumelia, graui tantum taciturnitatis iu-
dicio, satis se ꝓbe diluisse, satis se digne uĩdicas-
se, satis demum se alte clamasse, si renidẽs tacuis-
set, existimare potuerit. ¶ Ego uero non sum
passus omnino neglectam elabi, q̃ neq; a, bonoꝝ
ueterum consuetudine abhorrere, neq; a nostroꝝ
studiorum ratione alienum esse uidebam: si apud
Rodulfum, apud quem, & per quem, huius nomi
ne supposito, suo suppresso, illi me maleuoli con-
uitiis transfixum, ad posteros infamem trãsmit
tere sunt conati, ego illis crimine magis diluẽdo,
q̃ ingerendo responderem: ne illi, illorũq; similes,
& mihi, & innocentibus aliis post hac impune se
negocium facere posse confiderent. Quũ præ-
sertim non prioribus probris contenti, cum sibi
responderi, non carmine, sed soluta oratione au-
dissent, ab illa me commentanda, edendaq; de-
fensione, qua barbaricis minis, qua ueneni, ferriq;
terrore, abducere sunt conati, sed ignẽ igni addi-

derunt. ¶ Publicam autem, o cœlum, o mare, o terra, Italæ uirtutis, ac bellicæ fortitudinis testes, quis negligendam dixerit? quis duxerit differendam? In qua orbis illa debellatrix Italia, e qua plures bellicosissimi exercitꝰ multis seculis, q̃ ex equo semel Troiano fortissimi uiri prodiere, nullo defendente est postulata imbelliæ, est damnata ignauiæ: nec ab adolescente, iuueneue aliquo, fictis se causis exercente, iustos, iniustos, amicos, inimicos, æque exagitãte: nõ a milite: duceue aliquo bellicosissimo, sed a te, tua uenia, Phormione uerius, q̃ Annibale, & sene, non oratoris, non declamatoris, sed meri interpretis munus obeunte, armorum autem, castrẽsiumq; laborum, ac militarium periculorum insolentissimo, & nisi tuam eruditionem admirarer, & uenerarer canitiem, dicerem, & scribendæ dicæ, & informandæ causæ inexpertissimo: quod integram, amicamq; nationem, nõ legitime, non lite contestata, non præsentem, in iudiciũ uocaueris, absentemq; prius ignauiæ damnaueris, q̃ se illa nouerit accusatam: Et quo testatior esset damnatio, eam literis cõsignasti, consignatam, iam quartum emisisti. ¶ Quæ tamen adhuc mihi esset incognita, nisi & fors, & amicus indicassent: Nam quum ego contra nostrorum militum uirtutem, & eorũ præcipue, qui contra Cæsarianum illum ueteranorum inuictũ, ex uariisq; nationibus conflatum exercitum tam fortiter, tam animose, tam fœliciter annuam Florentiæ obsidionem pertulissent, quibus poteram

tum laudibus extulissem: Franciscus Marsupi-
nus, ciuis Florentinus, senex (ut optimus, sic pru
dentissimus) qui illi forte sermoni interfuit, nihil
a meis laudibus cunctatus, repente e uestigio tua
Adagia afferri iussit, uoluitq; sine mora, Myconii
calui, uulgati sane adagii, non uulgatam tamen
tuam interpretationem legerem, In quo Germa-
norum tu doctissimorum omnium Coryphæus
enodando, sine ulla exceptiõe militum, equitum,
ducum, locorum, armorum, temporum, censorio
supercilio, grauitate prætoria, autoritate senato-
ria, statuis, decernis, pronuncias, Italum bellacem
tam inuentu rarum, q̃ Pœnum fidum, q̃ Scythã
eruditum. ¶ Is igitur quod eundem, quem ego,
Citorum, recentioris nominis in urbe montem in
habitat, estq; mihi amicus, ut qui maxime, Quo
æqore arbitror animo ferrem inuidorum in me
maledicta, roburq; in his mihi, ut probrosum, ob
iectum, uoluit oculis spectarem, ac citra dubita-
tionem intuerer, te nullo duce, nullo probato au-
tore, nullo exemplo ausum, Italis omnium gentiũ
uictoribus, quasi Gamphasantibus inurere per-
petuam notam imbelliæ. Quod uerbũ, si tuis for
san auribus inusitatius uideatur, ego ideo confi-
dentius utar, repetamq; frequentius, quod tũ rem
de qua agitur, significantius exprimit: tum quod
sperem usu nostro posse mollescere. Substiti igit̃
Erasme, ut debui, ad tuam tam nouam, tam ino-
pinatam censuram, attonito nescias, an irato si-
milior: parua tamen mora, ita uiolenter illa conci

tati stomachi procella me perculit, ita grauiter afflixit, ut non modo affectū meæ defensionis cursum retardarit, sed ita impetuose interruperit, ut parum abfuerit, quin me, ueluti naualē desultorem, e, qua uehebar nauicula, in hanc recentiorem transultare, remis, uelisq; orationis, aut solam impellere, aut hanc cum illa adligatam quasi remulco trahere coegerit, eramq; omnino alterum facturus, nisi Marius Volaterranus literarii nauigii ut gubernator clarissimus, sic imminentis tempestatis præuisor certissimus, scopulorumq; in turbato studiorum æquore euitator sollertissimus, ab hoc me proposito abduxisset, fidissimusq; autor extitisset, ut qua cæpissem, ea me sola naui in proximum portum reciperem. Nam quum autorem reputabam, Germanum noueram, quem (ut in tua quadam scripsisti epistola) ingenue dicere & facere addecet, Quū ætatem, annos plus, minus, octoginta: Quum eruditionem, neminem nostra hac ætate plura legisse, aut forsan scripsisse, neminem certe plura edidisse. Quum iudiciū, tam subactum, tam emunctum, ut in tuo tibi Ciceroniano, ne ipse quidem Cicero, ipse sit Cicero: ac (ut apertius loquar) tua ista censura effectum, ut ne ipse quidem Cicero apud posteros tanti sit futurus, quanti hactenus a ueteribus est habitus.

¶ Quo igitur magis & rem, & hominem animo expendebam, eo Erasme uoluissem magis, (quando Italos tam habes despicatos) ut eruditos, q; bellaces Italos inuentu raros & sensisses, & uenie-

tibus id seculis prodere, persuaderecq; curasses?
Quando Romanum, plures sæpe bellacissimorũ
Italorum legiones extra Italiam aluisse constet,
q̃ domi doctissimorum (ut sic dixerim) decurias.
Quando & tu legeris latinas acies tanto pugnæ
studio, tanto, tanq; pertinaci animorum ardore
certasse: ut terræ motum, quo multarum urbium
partes collapsæ, montes proruti, flumina rapido
cursu auersa fuerint, nemo tamen pugnantiũ sen
serit: An si nobis optio detur? non malimus Italũ
bellacem, & robustum? q̃ disertũ, ac eloquentem?
Siquidē populus Romanus (si ueræ sunt Græ-
corum in hac re historiæ, Romanæ etenim in lite
Romana Germāo homini suspectæ forsitā sint)
imperii fines oceani littoribus, rerum gestarum fa
mam, cœli orbibus terminauit, quingentisq; ānis
cũ sola Italia uario euētu luctatus, reliquũ orbis
intra ducentos subegit, uictoriis, triũphisq; per-
agrauit. Vereor tamē Erasme ne tui amatores,
qui ut multi quidē sunt, sic illos tibi ꝑfecto neq;
inuideo, neq; demptos cupio, de nostræ ætatis
milite, te intellexisse asseuerare audeant, non tam
iudicium, in re præsertim tam aperte, tam clare,
falsa, q̃ amici excusationem sequentes. Nam qs
tam leuiter primoribus labiis literas degustauit?
tanq; parum comunis est sensus particeps? qui
non uideat, nec te id sensisse, nec scripsisse, nec ul-
lo modo cuiq̃; probari posse, ut tantus tu uir, tā-
tæ rei statuendæ, ac iudicandæ, tam alte, tam ne-
gligenter indormiueris, ut adagiũ illud, quod ad

cœli,

coeli,non ad sæculi:ad regionis,non ad exercita/
tionis:ad naturæ,non ad fortunæ culpam erat
accomodādum. Id ad unius ætatis homines/ &
bella contraxeris. Vt & notam:quam in Poeno,
Scytha/ scires esse perpetuā:eā in Italo uolueris
esse temporariam:Quid?ita ne ego te,uel non so
brium perplexe loqui? ita ambigue distinguere?
ita obscure interpretari existimem? ut in te inter/
pretādo:Sphynge sit opus interprete? In re præ
cipue:in qua tu ita aperte,ita plane latine,ita cō/
fidēter (ne dicam hostiliter) sine ulla exceptione
pronuncias,Italum bellacem tam inuentu rarū,
q̄ Poenum fidum,q̄ Scytam eruditum. Erasme
Germane,coelo Italo,terræ Italæ,genti italæ,non
sæculo ignauiam exprobras:nō unius ætatis mili
ti imbelliam tribuis:altius tu uulnus Italo nomi/
ni infligere uoluisti: q̄ ut id unius æui spatio cu/
rari,sanariue posset: Qui credo,quod in certam
hanc ueneras opinionē,latinas literas Italis abs
te iam penitus esse præreptas: rei quoq; milita/
ris præstantiam,a tuis iam Germanis Italo præ/
reptam posteritati insinuare es conatus. Quos
& si nos fortissimos,pugnacissimosq; sciamus,ac
in stataria pugna immotos prope non negemus:
non tamen non sæpe a nostris uictos,cæsos,fuga
tos,legimus,audiuimus,uidimus. Quāuis,si men
te recte utimur,si uiuendo aliquid didicimus,si le
gendo aliquid profecimus,longe plures,lōge præ
stantiores bellicæ sunt uirtutes, q̄ quibus auda/
cter,prælium initur:constanter armis decernitur,

intrepide mors oppetitur. Hanc enim laudem, etsi in prælio magnam non negamus: non ideo tamen in bello summã existimamus, iudicamus esse solam. Nam quis est tam parum in castris uersatus? tam minimũ classico assuetus? qui ignoret, non semper esse ignaui militis mortem effugere, & se patriæ salubriori uictoriæ reseruare? ceu nec timidi, nec incauti Imperatoris, aliquando receptui canere: suasq; copias licet pugnæ ardore inflãmatas, in pacatum reuocare. Nescias plus ne gloriæ hostibus, an suis, & patriæ calamitatis, duces illi afferant, qui cum suos audacter prælium inire, inq; confertissimos hostes ceu immanes feras irruere inspectent: se, & suos, malunt obstinatissime perdere: quã, uel si belli ratio suadeat, ciuium salus hortetur, patriæ utilitas, & decus efflagitet, ne ignauiter tamen se gessisse uideãtur, suos pugnæ subtrahere: nisi forte Minutium bellacissimum, Fabium ignauissimum iudicemus. Sed quid ago? piget me Erasme ad ueterum exẽpla, tanq; ad auxilia euocanda delapsum: cum iã inde ab ipso huius lucubrationis exordio animo proposuerim meo: me ueterum historias, perinde ac Syrtes declinare: ne tam immenso quasi aceruo rerum a nostris terra, mari, bellicosissime: ac felicissime gestarum, ultro, undiq;, uel nolenti, se se offerentiũ inexhaustus numerus, me prius obruat illas attingere tentantem, (recẽsere enim cuius ætas possit?) q̃ te tua illas oratiõe ut inanes eludere apparantem, opprimat. Sed sis tu quidem

cum probas,ita ſubtilis:cum delectas,ita ſuauis: cum moues,ita uehemens,ardens, & concitatus, ut quæ contra nos dicas,nobiſcum facere uide- antur,nunq̄ tamen diis,hominibusq; inuitis,Ita- lum omnium gentium conſenſu,omnium ſæcu- lorum memoria, omnium autorum teſtimonio pugnaciſſimum,raro bellacem facies: & niſi me ratio fallit:in Caluo Caluum uellis Eraſme. Qui, cum in nulla natione alia,uno tempore, diuerſis in locis,uariis,bellicoſiſſimiſq; cum hoſtibus, tot ſimul optimos,ſapientiſſimoſq; imperatores, to ties legeris:Itali tamen nominis odio occæcatus, qđ oculis toties ſpectaſti:animo nō hauſiſti: aut ſi hauſiſti,ut ingratum, inuiſumq;, e memoria ex puliſti. An tibi animos fecerit Annibalis iudiciū? qui omnium Imperatorum maximum Macedo- nem pronunciauerit? ac ſi ille idem,expreſſa uera rurſus interrogando ſententia,non Italo primas, ſed Macedoni ceſſerit. Sed fuerit ille magnus, ut quidem fuit maximus,nec is ſolū, ſed multi p̄te- rea alii,e,Græcia illa uetere,tum diſciplinæ,tū for titudinis quodam quaſi ſeminario: Quis tamen illorum Italis imperatoribus,qui diuerſis tempo ribus innumerabiles floruerunt,locum caſtris me lius cæpit? commeatum tutius expediuit? ab inſi- diis tuti⁹ cauit? ludibriis militaribus,fallacibuſq; conſiliis callidius luſit? pugnæ tempus oportu- nius elegit? aciem ſollertius ſtruxit? ſubſidiis cau- tius firmauit? At ſi Italiam præclariſſimorū Im- peratorum,& ducum feraciſſimam ſemper fuiſſe

coactus tandem fatearis/quod a ueteribus, grauissimisq; scriptoribus, ita traditum inficias ire non possis:non ita (si dis placet) bellicosissimorum militum,ac equitum,copiam,Italiæ iure cesseris: perinde quasi non ab iisdem illis sæpe sit literis mandatum (si ueteranus ueterano opponatur. Tyronem enim,e,quacunq; gente animo,& corpore deficere constat) e,nulla natione militē Italo fossam celerius duxisse: obiecta tela obliquis ictibus promptius deflexisse: scuta, agilius tractasse:sudes,altius fixisse:missilia,robustius intorsisse:laborem,patientius hausisse:famem,diutius tolerasse. Quod uero ad uitæ prodigalitatem attinet, Quis Italo,& Romano libentius se pro patria deuouit? quis in ferrum, in flāmas ardentius pro libertate se iniecit? quis in uoraginem? in soli abrupta se alacrius pro focis, & aris præcipitauit? Nulla acies,nulla legio,Macedonica phalange habita est immobilior:hanc tamen acies Italæ dissiparunt,disiecerunt,diffregerunt:idq; tum nostrorū robore,tum arte. Veteres enim nostri distinctiores illas,ac pluribus partibus constantes extruxerunt:quo facilius quacūq; opus esset, partirentur: ac commodius iungerentur. Nondum tamen hæ tot simul uirtutes militarem scientiam absoluunt:& adhuc aliæ longe plures, longe clariores supersunt. Quas neq; hic locus ut referamus,exposcit:neq; si exposceret, eas pro dignitate, longa experientia,magno studio,singulari eloquentia me complecti posse cōsiderem, Ideo cō

sulto prætereo uarios oppugnationum astus, diuersorumq; machinamentorum artes: quibus cuniculi hostium, obliquis cuniculis excipiũtur: & cœptis munitionibus palàm, & clam obuiam itur. Quæ clarissimorum scriptorum testimonio, ut Italorum propriæ semper sunt habitæ, sic barbaris minus cognitæ fuerunt. Aenea autem tormenta, quorum usus non multis ante ãnis apud Fossam Clodiam est repertus, ut silentio inuoluam: ueteris militiæ ratio, dignitas, & uirtus efflagitat: iis enim tantus inest impetus, tam horribilis fragor, uis tam ineuitabilis, ut neq; peditis, neq; equitis, neq; ducis uirtus explicatis in aciebus, diutius subsistere, multisq;, e, præliis incolumis euadere possit. Scilicet id unũ mortis genus nostra nondum sæuitia, seu ignauia potius, excogitarat: ut qui ignauiores essent, e pugna plerunq; superiores excederent. Hæc etenim tormenta, non cominus, ut gladii, feriunt: non eminus, ut iacula transfigunt: nec admota mœnibus, ut arietes, uerberãt: sed ueluti fulmina, q̃ lõgissime excurrũt, disiiciũt, dissipant, proruunt, prosternunt. Ac propterea, qui sunt timidiores, ea libentius tractant, tantoq; se tutiores in prælio existimant: quanto sint a periculo remotiores. An non sæpe contingere cernimus? ut non ipse Mars (ueluti ille eloquẽtiæ deus rotũdo ore intonuit) sed ignauissimus quisq; fortissimum quenq; ex acie pigneretur. Quid igitur mirum sit, si paucorum (ut olim) uirtus contra longe numero superiores nũc eminere, excellereq;

non possit? Vnde factũ nõ temere credas Erasme ut exoriẽtibus nostri æui bellis, ideo nostræ acies externis uisæ fuerint minus bellicosæ, q; hoc gene re minorum præsertim tormentorum, quã pau- cissimi e nostris uterentur: Quod ubi Itali duces animaduerterunt, uiderunt q; nullum, aut q̃ mini mum locum uirtuti, & gladiis, in præliis superes- se, suum quoq; militem his minutioribus ex ære fusis, conflatisq; tormentis, armare sunt coacti: breuiq; effecerunt: ut barbari, qui illum ut timidũ, despicabantur: timendum sint experti. Quam- obrem, quo id cogito magis, eo admiror magis, te id ætatis uirum, ea rerum cognitione, iis tot edi tis literarum monumentis, Italum bellacem rarũ inuentu cogitasse, ne dicã scripsisse: & iam quar- tum inuulgasse: cum si uel bibacem Italum rarũ inuentu posuisses, esset adhuc, cur repræhẽdi pos ses, quod in apertam earum nationum offensio- nem, odiumq; incurreres: quæ facilius hoc uitium sustinuissent, quod uino magis, q̃ ui in prælium aguntur: ac leneo magis, q̃ Martio furore perci- tæ, mortis potius metum non sentiunt: q̃ mortẽ non metuunt. Vtpote quæ sæpius in castris, in mediisq; urbib⁹, inter se Bacchi numine cõcitatæ seditiones excitent: q̃ Martis ardore inflamma- tæ, cum hostibus in acie manus conserant. Quas licet nos quoq; pugnacissimas non negemus, q; animæ sint prodigæ, q; ordinem non facile dese- rant, longe tamen plures, longe præstantiores sũt belli, q̃ prælii laudes, artes, & commoda, Quid?

non illæ sunt magis ueræ uirtutes militares? illæ inq non magis propriæ? nō magis perfectæ? qui bus imperium paratur: partum cum in officio, tum etiam in beneuolentia continetur. Quibus liberæ sæpe ciuitates, inuictæq; gentes, aut sponte in amicitiam nostrorum ueterum uenerūt: aut, qua nulla fuit uictoria illustrior, nulla stabilior, fide, iustitia, ac uictoris temperantia illectæ, maluerūt Italo, & Romano imperio uiuere, q̄ suis legibus imperare. His igitur, similibusq; uirtutibus, non sola uitæ prodigalitate, non ferina illa rabie, quam Barbari pro uirtute habent: ueræ fortitudinis uera laus quæritur: æternaq; bellicæ disciplinæ gloria comparatur. Hic tu tñ Erasme existimes nolim, me Romanarum historiarum adeo rudem, ut nesciam: adeo callidum, ut dissimulem: adeo peruicacem, ut negem, rem Romanam uiribus primum suis (externis enim nō poterat) labefactari ceptam: mox reip. summa ad unum deuoluta, libertateq; oppressa, uariis casibus sub Cæsaribus agitatam: quantumq; unius, aut alterius Principis cura, ueluti senile iā aliquod corpus, ægritudine leuari uisa est: tantum sequentiū stultitia indies magis grauius fuisse afflictā. donec Stiliconis perfidia ad internitionem prope est redactā. Sed nō propterea uel illo tu tempore Italos, Romāosue, merito imbelles fuisse dixeris: oppressa enī libertate, sublataq; optima illa reip. forma; corruptis imperantium moribus, Barbarisq; Italia potitis Italorum fortunas, famemq;

non famam cupientibus,cui mirum sit? si cum im
perio res quoq; militaris cōciderit? Adde qđ reꝝ
humanarum ea est inconstantia,ea certa cōditio:
ut quæ magnis cepta principiis,longis aucta suc
cessibus,ad summumq; sunt rerum fastigiū sub-
lata,tandem consenescant,& conruant,est neces-
se,adeo iusta homines, & imperia fati necessitati
sunt obnoxia,licet cum urbe Roma mitior fati
uis fuerit:quantum enim militaris disciplinæ, ac
imperii detraxit:tantum christianæ, idest ueræ re
ligionis adiunxit. Et quum gentium āplius esse
non potuerit:facta est(Græcis quāuis ad se id de
cus trahentibus)humanæ pietatis caput. At
quoniam Erasme forsan iam cupias, ut nos no-
stro animo,nr̄is sensibus impoamus : ac id quod
neq; est,neq; esse potest:ut somniculose, ut oscitā
ter,tanq̄; exploratum,manifestum, oculisq; ipsis
expositum,credamus. Te nō de prisci, sed de no-
stri æui nostro milite ignauo sensisse : ideoq; in eā
tum sententiam lapsum, quod cum illud adagiū
explicabas:tot bellis Italiā ardere sciebas:ut bre-
ui nullam nostra imbellia futuram putaueris : ne
dicam cupiueris,aut speraueris. Tum tamen,aut
incuria circumuentum , aut longiore scriptione
fatigatum,aliaue quapiam grauiore cura disten-
ctum,in tantæ rei censura,non ita te plane latine
esse locutum:ut nos,qui in medio sumꝰ latio na
ti, quid tu intellexeris,intelligamus. Oportet, &
ni fallor, Erasme,est necesse:ut tu,aut e,prouoca-
tione, aut ex integro exercitu , qui infestis signis
solis

ſolus cum ſolo externo certauerit, Aut ex aliquā urbe propugnata,oppugnataue ignauiter , Italū raro bellacem expenderis,ſtatueris,ſcripſeris, in⸗ uulgaueris . Si igitur Eraſme Italos in ſingulari pugna ignauos decernis : audi , quid ego contra de illis ſentiam:quanta mihi ſit illorum fortitudi⸗ nis fiducia:quanta uirtutis ſecuritas: quanta ui⸗ ctoriæ certitudo:ut in hoc pugnæ genere,uel ho⸗ ſtium teſtimonio ſtare non dubitem,nō dubitem Gallorum:non Hiſpanorum:nō Germanorum , non tuorum Batauorum:qui in Italia tot diuer⸗ ſarum nationum prouocationibus ſæpe interfu⸗ erunt:& aliquando forſan præfuerūt. Ex quibus omnibus tam diuerſorum morum,linguarum,& uoluntatum,ſi unus aliquis non mecum ſentiat: non faciat mecum : biſque tot annis Italum eo dimicandi genere uictum ſe uidiſſe dixerit . Ego me,meamq; omnem de hac re,orationem retexā, fatebor ultro,teſtabor libenter:omne italum no⸗ men,omnibus locis, omnibus ſæculis, quocunq; belli,& armorum genere,fuiſſe imbelle,fuiſſe igna uiſſimum. Nec modo Italum bellacem tam inuen tu rarū , q̄ Pœnum fidum, q̄ Scytam eruditum, ſed nulla unq̄ arma tractaſſe,nulla unq̄ uidiſſe, Gamphaſanteq; ipſo omnium mortalium igna⸗ uiſſimo,Italum eſſe ignauiorem . Quid multis? teſtem unum e tuis profer,uel adornatū:qui ſin⸗ gulari certamine duos tot duellis Italos uictos ſe uidiſſe affirmet: modo nomē eorū qui uicti ſint, & loci,ubi uicti,proferant,perorata eſt tibi cauſa:

D

cedim istuicisti,herbam damus. Sin uero nō de prouocatione,sed de integro ex Italis exercitu; contra externum Erasme optas tuum ut hoc enygma interpretemur. Quantum nunc ego memoria repeto, nunq̄ ex quo Carolus Gallorum rex regno est Neapolitano potitus, solos externos,cum solo Italo, qui toto tamen exercitu collatis signis conflixerit,recordari mihi uideor conflixisse. Et si forte in hac me re minus tu memorem depræhenderis:obliuiosi nomen ultro æquo animo subeam:qui, ne hoc quidem,ne uulnera, quæ uix dum coiuerunt,recrudescant,meminisse me uelim. Id tamen non solum memini:sed certius esse affirmo:q̄ ea,quæ sunt (ut Græcorū est prouerbium) apud Sagrā gesta:nunq̄ Gallum:aut Hispanum,aut Germanū,nunq̄ simul omnes in Italia postea sine Italo, aut duce, aut milite,aut utroq; pugasse:ne dicam uicisse. Ter tamen Italum solum delectu habito,non semper tamē toto exercitu aduersus externos non solos,ita animose,fortiterq; congressum:ut uel cum uictus fuerit, non tu iure illum bellacem inficieris. Quis enim cōmunem belli Martem,dubiumq; belli euentum non nouit? Quisue imbellem eum uocarit? q fortiter dimicando,non turpiter fugiendo, occubuerit? Quis demum Italum unq̄ his bellis uictum omnino dixerit? Qui nunq̄ in unis castris ita uictus fuerit: quin uicerit in alteris. Primum igit̄ cum Carolū Gallorum Regem capto licet Neapolitano regno superbientem:ác Gallias magna

Italiæ parte, aut amica, aut nõ aduersante, Iaco-
bo pterea Triuultio, ac quibusdã aliis sibi Italis
ducibus adiunctis, repetentem, soli Itali, Venetis
auspiciis, Francisco Gonzaga duce, non uitarũt
modo, ut imbelles, sed Tarri licet uorticosi flumi
nis incerto uado, altissimis ripis, obnatisq; salictis
discluderentur: ac pauci propterea e peditatu ua
da tenuerint, ita tamen nauiter inuaserunt, ut nisi
peditem, equitemq; simul, ingentis prædæ amor,
a certa uictoria distraxisset: nisi magna pars co-
piarum sub signis citra fluuium remansisset, Nisi
sociorum Sfortianorum non minor, Gallum e
suis finibus fugatum magis, q̃ profligatum ma
luisset: fugãq; cum uinceret, fecisset, nũq̃ ille rex
ex eo prælio in urbem Hastam se se incolumem
recepisset, Qua in pugna, seu tu Gallos uictores
uelis, quod aliquanto maiorem, q̃ acceperit, ho-
sti partim prædam secuto, partim lacunis, uor-
ticibusq; fluminis, partim iussu a certamine di-
scluso, stragem intulerint. Quod Rodulphũ Gon
zagam, ac Rhinucium Farnesium clarissimos du
ces strauerint: ac propterea destinatum iter tenu-
erint, Seu tu cõtra Venetos, quod Gallum impe
dimentis exuerint, Barbonium eximium ducem
cæperint, multos e nobilitate gallica strauerint:
Regem suorum consternatione territum, regia in
signa exuere adegerint, in fugam, nec qua uolu-
erat, illum, dum de pace ageret, clam, nocte intẽ
pesta, uerterint, nunq̃ profecto Erasme Italum
non bellacem iure dixeris, Cum tantum tu Regẽ

solis Venetis armis Italia pulsum non audiueris modo, sed uidere potueris: sed exploratum certe habueris. Iterum uero idem Venetus non cum eodem tamen Carolo, sed cum Ludouico, qui illi successit, Rege, coactus magis, q̄ uolens, pugnauit: In quo tamen bello non modo Iulius ille secūdus Pōtificum maximus cum reliqua omni Italia, sed Germania, Gallia, Hispania, tota prope Europa, contra unum Venetum cōspirarat (causam præterimus, & quod nota est, & quod historiam non scribimus) uariisq; illum locis, de consilii sentētia, omnes, undiq; (ut cuiq; opportunum uisum) lectissimis copiis, uno tempore, ita hostiliter inuaserunt, ut ne in suis quidem undis, altissimoq; Venetum mari, remotissimisq; suis insulis tutum, pleriq; omnes non temere putauerimus. Maxima autem belli moles, a, Ludouico Gallorū Rege imminebat: qui non solum cum omnibus ditissimi sui regni uiribus fines est Venetos aggressus: sed cum totius Insubriæ robore, multisq; clarissimis Italiæ ducibus: in quibus, ne alios enumerem: præstantissimus ille felicissimusq; imperator Iacobus Triuultius: cuius postea ductu, nunq̄ res Gallica in Italia non fuit florentissima: Venetorū autem Imperator erat Nicolaus Vrsinus Pitiliani Comes: Dux peditatus Aluianus, Qui, ut erat strenuissimus, & moræ impatientissimus, Imperatore, licet cum robore exercitus absente, & rei summam fortunæ credere dubitante, rei tamen bene gerēdæ occasionē aduenisse ratus

cum solo peditatu tantis animis inuadentem ex-
cepit, ut, nisi sexcenti cataphracti, non dico fugis-
seut, sed in ipso pugnæ congressu defecissét: ho
stiũ duces suoꝝ terrore, & strage moniti, certam
eo die Venetaꝝ acieꝝ futuram uictoriam iudica
uerint. Ille igitur peditatus tanta uirtute, tãta fe-
rocia est uictus, ut ex illo (quis crederet?) nemo
fugerit: nemo nõ fortissime dimicans, nemo sine
magna circa se hostium clade, nemo nõ aduerso
pectore confossus ceciderit: nemo uel cum mor-
tuus, nõ scutũ, nõ telũ adseruauerit: nõ iram, non
ferociã spirauerit. Dux uero ipse ita oĩa præstã
tissimi ducis circũeundo, hortando, animos fir-
mando, nunc metu minuendo, nunc spe accẽden
da, aliisq; acriter pugnandi incitamentis, munia
obiuit: Vt nõ prius, licet iam cum paucis superes
set, animum, atq; arma abiecerit: q̃ pertinaciter
pugnans, ante regis tentorium, e, quo illum iam
suorum clades exciuerat, & uulneratus, & tanta
fuerit indole captus, ut & uictori, & Regi, & Gal-
lo, captꝰ, nõ ludibrio (ut solet) nõ cõtẽptui, sed ad
miratiõi simul fuerit, & gloriæ. Qđ tantũ ducẽ, tã
bellicosissimi peditatꝰ cæpisset: illũ. n. ducẽ nõ ut
ea fortũa inuitabat, postea tractauit, sed semp in
dulgẽter: semper in sũmo honore habuit. Scilicet
sapiẽtissimꝰ ille Rex, simul aĩo reputabat: quãtũ
in omni re: & in bello ꝓcipue fortũa posset: quas-
q; diis grãs agere debebat: ꝗ cũ toto Veneto ex
ercitu nõ cõflixisset, simulq; aut ꝑsagibat: aut sal-
tẽ cõtingere posse uidebat, ut aliquãdo tantꝰ dux

laboranti Gallo, aut salutem, aut uictoriam cele-
ritate, qua ille erat singulari, inopinanti afferret.
Nam quis Francisco, qui post eum Gallorum re-
gno potitus est? tot horas contra immotas illas
Heluetiorum phalanges, constanter: animose; for-
titer propugnanti præsto, ac opinione celerius
adfuit? uictoriamq; attulit? Italus cum Italis ad
fuit, attulit Aluianus, Quis cum Germani tui per
fractis alpium claustris, patefactoq; ad Venetorum
pernitiem itinere, Cadubrium occupassent, du-
cta longis itineribus per aspera, ac feris prope in
accessa loca, expedita Italorum manu; Germa-
nos ne nuncio quidem cladis relicto cecidit? ceci-
dit Aluianus. Quis proximo illi anno cum Ger-
mani Carnorum regioem Veneto intercepissent?
multæ equitum turmæ, ac peditum cohortes ad
Naonis portum consedissent? Opsopiumq; ali9
Germanorum exercitus cingeret: Hispani ad Ate-
ste castra haberent? essentq; Aluiano impedimen-
to, ne Patauio obsessus egrederetur: Quis inquã
omnem tum spem in celeritate ponens, ad Nao
nis portum tam deceptis qui Patauium obside-
rent, quam qui Ateste? celerius, q̃ id quisq; ui hu
mana fieri posse putasset, aduolauit? aduolauit
Aluianus: Quis multis cæsis, multis captis, urbẽ
illã recepit? recepit Aluian9, Quis pus audit9 est
Hispanis, aliisq;, qui Patauium obsidebant, re-
diisse? q̃ discessisse? q̃ hostes trucidasse? q̃ Opso
pium liberasse? prius auditus est Aluianus. Quis
ad Lyrim Imperatori illi Consaluo Hispano,

cognométó,a rebus gestis magno,primus osten-
dit Gallos numero superiores posse superari?pri
mus ostendit Aluianus. Quis primus ponte flu-
mini imposito Gallos inuasit? fugauit?strauit?
primus inuasit,fugauit,strauit,Aluianus. Quas
ego res gestas,non tam hic attigi,ut clarissimum
Imperatorem laudarem; q̃ȝ ut hæc Erasme sine
bellicosissimi militis frequentia fieri non potuis-
se demonstrarem. Vt que Italum seu solum, seu
socium,seu auxiliarem,seu peditem, seu equitem,
seu ducem, In prœlio pugnacissimum; in bello
pertinacissimum,in obsidione, solutum; inuictũ
uictoremqȝ uideres. Hic alii præterea duces, ac
Imperatores Itali,qui nostra tẽpestate bellis, aut
præfuerunt,aut aliqua saltem cum laude interfu-
erunt, iure suo exigere possent, ut suorum quoqȝ
gestorum,si non ordine omnia explicarẽ, saltem
(ueluti magnam urbem prætereũtibus turres so-
lemus:aliquaue illius insignia tantũ ædificia ostẽ
dere) ut sua illustriora quædam decora raptim
indicarẽ.suscepti tamen muneris ratio id prohi-
bet,facitqȝ ut satis nunc esse iudicemus:si nuda il
lorum nomina recenseam,quo ex illorũ frequen-
tia,& numero, militum, equitum, Centurionum,
Antesignanorum, Tribunorumqȝ nostrorũ quan
dam quasi uberrimam,ac densissimam segetem,
non tam animo uideas,q̃ȝ oculis propecernas.
Habuit igitur Italia,e;quibus multi adhuc uiuũt,
florẽtqȝ insigni laude, in una Colũnia (ut ab hac
quæ prima se obtulit incipiam familia) una hac

nostra ætate. Prosperum, Fabritium, Marcū An-tonium, Mutium, Ascanium, Stephanum, Alexā drum, Martium, Camillum, Iulium, Sciarram, & cum his Pompeium. Quem licet Cardinalem, du bites, utrum duces in castris belli consilia explicā tem, uehementius sint admirati: An patres in Se-natu, sententiam de rep. dicentem, frequētius sint secuti. Habuit in Vrsina Virginium, Iulium, Iordanum, Carolum, Paulum, Fabium, Camillū Nomentanum, Marium, Valerium, Nicolaum Pitiliani, Gentilem Virginium Anguillariæ comi tes: Ioan. Antonium Grauinam, Neapolionem, & eiusdem factionis, si non domus, Bartolomeū Aluianum, Laurentium Ceretem, & Io. Paulum filium. Habuit in Farnesia Galeatiū, Rhinuciū, quem apud Tarrum fortissime dimicantē, a Gal lis cæsum superius narrauimus. Petrum Aloisiū, & Ranucium illum, qui in sua, in qua extinctus est, adolescentia, tam rarum fortitudinis specimē dedit, tam incredibilem, certamq; uariarum uir-tutum spem de se excitauit, ut non tam illi fata uitam inuidisse, q̃ Romæ, ne dicā patri, qui nūc Romæ felicissime imperat: Pomœrii prolationē, Prisciq; imperii, recuperationem præripuisse ui-deantur. Habuit in Sabella, Lucam, Iacobum, Traianum, Siluium, Troilum, Antonellum, & Baptistas duos. In Comitum, familia Iacobum, Frācíscum, Antoniū, Ioannem Baptistā. Cæsarē, Marianum, Stephanum, Ioānem: & hos omneis unius urbis Romæ primarios Ciues, In Gōzaga

uero

uero Francifco illo Marchione, qui apud Tarrū cum Carolo Gallorum Rege fortiffime dimica= uit. Federico, Fernando, Aloifio, Pirrho, fe Iactat Italia. Iactat & Aualo Marchiõe illo Pifcario, & Marchione Vaftio, huius, non ditionis modo, fed etiam uirtutis herede. Gloriatur Marchione Pa= ludio: ac Iacobo illo Triuultio fapientiffimo inui ctiffimoq; imperatore, quem honoris caufa fæpe nominem neceffe eft. Ioãnem Mediceum doluit: & adhuc dolet, tum fuiffe extinctum: cum illius opera maxime indigeret. Nec eft cur Italiam in Ballionia familia Io. Pauli, ac eius filiorum Ma= lateftæ, & Horatii pudeat: Non Ducis Termini: Non Petri Mariæ fancti Secundi Comitis: Nõ Gabrielis Martinengi. Non Guillielmi Caietani: Non Laur. Cibo, Non Guidonis Rangonii, Non Pirrhi Caftri Pierii Reguli, non Pauli Luciafci, nõ Io. Bap. Caracciolæ, non Ambrofii Caiatii Comi tis, non Iani Fregofii, & Cæfaris filii. Vtq; Italia Philippino Auria uehemẽter triftatur amiffo: fic Andrea Auria principe non modo lætatur inco= lumi, fed ab omnibus, quæ iminent, maritimi belli periculis, fe tutam fore arbritratur. Maximo præterea præfidio, nec minori ornamento fuere noftra ætate Terræ Italæ Palauicinii, Pepuli, Gri mani, Cornelii, Pifani, Grimaldi, Sanfeuerinii, Vi tellii, Tot demum in his, ac in aliis, quas non me= minimus, famillis Duces: ut Italia non modo bellicis ftudiis pollens, fed omnib⁹ (ut quõdam) nationibus, (fi tota fimul confpiraret) uniq; aut

Principi,aut Senatui obtemperaret,formidabilis iure suo tibi uideri,censeriq; potuerit: Verum q̃m eos omneis enumerare,nedum egregia illorum facta referre,a suscepta nimis esset prouincia alienum:cum his etiam nunc prætereũdos ducimus: Vrbinatem,Mõferraten.Mãtuanum, Ferrarien. Mediolanen.Duces,dicione Regibus,militari uirtute, summis Imperatoribus comparãdos.Hos igitur tam multos Erasme cũ belli laude uiguisse audiueris:qua obsecro causa? quo probato autore? qua iniuria? quoue odio adduci potuisti? ut Italum raro bellacem pronunciaueris? cum lõge plures sint duces,q̃ qui ad alia properanti in mẽtem uenerint:in q̃bus tamẽ recensendis, ne præteritorũ famæ derogare,detrahereq; uiderer: fuissem omnino curiosior,nisi eos ab his,quibus curæ est,res gestas sigillatim perscribere: non nudo (ut a me nunc) nomine: sed cum suis etiam illustribus factis celebrari, posteritatiq; commendari sciuissem.An forsan in tãta Ducum, summorũq; Imperatorum copia? bellicosissimorum tu militum,equitumue inopiam ducas? non ducas? non pro comperto habeas copiam esse innumerabilem? incredibilem esse frequentiam? Quando tot simul præstantissimi duces,neq; sine bellicosissimis aciebus tot egregia facinora edere potuerint:neq;,si uel soli hi,tot,tamq; eximii imperatores sine ullo Italo milite bellacissimo extitissent,raro bellacem Italum cogitare sine tacita tuæ uanæ cogitationis apud te repræhẽsione, nec sine magno fi

dei apud alios dispendio id tradere potueris. Nũ hi tam obscura bella gesserunt? ut tu quãuq̃ lite⸗ ris inuolutus, inuolut⁹ & libris: ea audire, ea scire nequiueris? Vtinã Erasme nõ hoꝝ consiliis, auxi liis, opibus, armis, pecunia, frumento, ductu, uti⸗ nam deniq; (ne nostra ingenia dissimulem) non horum animis in diuersas uoluntates distractis, his Gallum, his Germanum, his Hispanum, ad suarum tamen factionum auxilia uocãtibus, Bar bari Italiam tentassent, res certe Gallorum pri⁹, mox Hispanorum, adiuncto præsertim sibi Ger mano, & Italo, in Italia nunq̃ præualuissent. nun q̃ tu minus bellacem Italum tuis monumentis tam confidenter, literis prodere ausus fuisses. Quam tu rem, si ueram esse negaueris: externos quoq; neges oportet, Italis in bello unq̃ usos, nũ q̃ externos Italo, & milite, & duce, sibi magis, q̃ Italo uicisse, doceas oportet, ostendas necesse est; Hoc aũt quis tã duro est ore, qui negarit? Germa niam unum tantum Imperatorẽ habere: uni Gal lias regi obtemperare: unius regis nutu Hispa⸗ nias florere, concorditerq; agere. Italiam autem tot prope Regibus regi: quot est urbib⁹ munita. Quæ tam magnæ, tam claræ, tam sunt opulen⸗ tæ: ut regna potius, q̃ ciuitates existimes: tamq; sunt frequentes: ut sine ulla dubitatione in nulla orbis regione, tot, tamq; insignes urbes reperian⸗ tur. Quarum aliquæ, licet lõga bellorum iniuria, tormentorumq; ineuitabili demolitione, succu⸗ buerint: supra fidem tamen esse, uidetur: q̃ cito

rediuiuæ reſurgant,q̃ facile priſtinam faciem re-
parent,q̃ fortiter ueteres uires reſumant:q̃ pru-
denter priſcam dignitatẽ recuperent,Nec tamen
qui rerump.non ſunt prorſus expertes,non ſunt
prudentiæ omnino inanes,non intelligũt, nõ no-
ſtrorum (ut quidam putant) populorum mobi-
litate,animorumue diſiunctione, ſed poteſtatum
diſſimilitudine,moderantiumq; diuerſitate, bella
ſæpius inter Italos gliſcere:eaq; ſæpe eſſe neceſſa
ria,ne dicam iuſta. Nam cum nulla ſit recta re-
rump.forma:nulla deprauata:nulla ex his mixta
Quæ nunc in Italiæ (ut quondam in ſapientiſſi
mæ Greciæ urbibus) non uigeat:nõ repræſentet?
Cui mirum ſit:ſi bellis aſſiduis premamur? ſi inte
ſtinis ſeditionibus uexemur? ſiquidem multi Prin
cipes diuitias:pauci libertatem :non plures uirtu
tem,plurimi ſua magis,q̃ ſuorum populorum cõ
moda ſequuntur : ſpectant honores. Ita tamen,
ut occultarum cauſarum feliciſſimi indagatores,
hanc uarietatem ad ſiderum affectionem referãt:
nec leuibus rationibus comprobent:aſtrorum ui
& affulſu,ambitioſiorisq; cœli benignitate, Italis
uel mediocri loco natis ueluti præſtantioris natu
ræ ciuibus,regios imperandi ſpiritus eſſe inſitos :
ac propterea bella ſemper agitare, bella tractare,
& quæ ſuis uiribus nequeant:ea alienis moliri co
gantur. Quod q̃m ita iam eſt receptum,ut, uel
ſi uelis,id negare non audeas:Tempus iam exige
re uidetur,ut ad extremam noſtræ diuiſionis par
tem tranſeamus. Si igitur non de integro Italoꝝ

exercitu, non de prouocatione: sed de urbib⁹ aut defensis, aut ignauiter ab Italo obsessis, nos ueluti somniãtes solent, cupis, ut te sensisse credamus: id erit tuam causam prodere, nostram amplecti, nostram fouere. An ullum bellici facinoris decus hoc æuo contigisse existimes? in quo uera militiæ gloria, magis spectari, meliusq; enitere potuerit? An alio Italos in genere se laudabili⁹ gessisse? An ullam p̃terea rem hac (ut breuissime paulo post intelliges) re gestã esse illustri⁹? uisam manifesti⁹? Ego autem Erasme (audi quantum mihi de tuo ingenio pollicear: qua te humanitate conspicuũ putem, qua bonitate præditum rear) animum in ducere nullo modo possum, ut credã, te usq; adeo Italos illos odisse, qui sine ullo externo auxilio, pro Italia steterint, usq; adeo externis, & iis Italis, qui contra Italiam pro externis pugnauerint, fauere: ut illis laudi dederis, quod Comum, quod Genuam, Vrbes non tam sibi inimicas q̃, quod ueterano milite defensore carebant, direptiõi obnoxias, omnibus ornamentis, ditioreq; gaza spoliauerint: utq; illorũ uirtuti tribueris, quod Nolã, quasdamq; suas alias urbes, nullo alio colore, nisi quod stipendio essent fraudati, diripuerint, & aliquando incenderint. Quod & Vrbem Romam, tam facile, tam breui spatio, tam nulla suorũ strage, tam nullo, nisi unius Imperatoris Galli sangui ne, Cæsariani cæperint. Fallereris Erasme, si id nostræ ignauiæ dares, quod fuit credulitatis: si id uestrorum fortitudini: quod uestrorum fuit perfi

diæ. Reiecerat certe reiecerat, e, Frusinonis obsi-
diõe Cæsarianos: Germanũq; illorũ Ducẽ, Clemẽ
tis. VII. exercitus. Qui, e, tribus, quos, e, solo italo
conflatos diximus, erat tertius. uictoria erat nr̃a.
An uictoria non sit nr̃a? uestros ãte fugisse, q̃ no-
strorum congressum expectare, belliq; fortunam
tentare ausi fuerint? Qua si uti sciuissemus: quid
sciuissemus? si uti uoluissemus: si Augustini Tri-
uultii Card. Amplissimi, sapientissimiq; legati li-
teris, & nunciis de persequendo, si rationibus de
conficiendo bello aures, animumq; admouisse-
mus, si illi, ad quem rerum summa pertinebat, nõ
minor tuendæ latinæ Vrbis cura, q̃ perdendæ
Thuscæ metus extitisset: si uictorem illum exerci
tum non statim dimisissemus, si Vrbem deniq;,
non Aquariis, non Cocis, non Tabernariis, & iis
quidem externis, ac q̃ paucissimis, defendẽdam
credidissemus: sed legioni illi: quæ duce antea Ioã
ne Medicæo nihil non gesserat dignũ prisca Ita-
lorum uirtute: postea alio duce Cæsarianos intra
Frusinonem obsessa fortiter, feliciterq; sustinuit:
non modo urbem Romam, atq; adeo omnẽ pro
pe Christianum orbem, in una urbe non amisisse-
mus: sed, e, nostris tandem ceruicibus iugum nr̃a
nobis discordia impositum, excussissemus; uno
enim in loco Italus, & quantum obsessus posset,
ostendit. Qui intra oppidum nec arte, nec natu-
ra munitum, tam ualidum exercitum sustinuerit:
et quantum aperto in campo collatis signis: qui
obsidentes hostes fugere honestius iudicare cõ-

pulerit: q̃ tutius dimicare. *Sed sine me hic obse*-
cro Erasme: quæ corrigi non possunt peccata: ue
teresq;, quibus iam defuncti sumus, calamitates
præterire: uelaq; doloris contrahere: ne una ope-
ra, immensus, qui multum resedit, multumq; re-
misit dolor, commemoratione redintegret: neue
illorum animi offendantur, qui plurimũ possunt
offendere: & eorum simul, qui dici molestissime fe-
runt, se illam, quam hanc urbem incolumem ma
luisse. Quæ tamẽ, quod omnium patria est gen-
tium, maiorq; fere in ea est Germanorum nume-
rus, q̃ Italorum, ne dicam Romanorum: quos an
te hanc tam ingentem cladem constat fuisse q̃
paucissimos: Ne dicam & Hispanorũ, e, quibus
quicunq; arma ferre poterant, ex urbe sensim di-
lapsi, in Cæsariana se castra cõtulerunt: Quodq;
plures intra hanc infelicissimam urbem, ciues, ad
uenæ, peregrini, erant: qui captã, q̃ seruatam ma
luissent: Germanus enim Germanum, Hispanus
Hispanum, Italus suæ factionis Italum uictorẽ
fieri exoptabat. Quodq; omnes deniq; a suarum
quemq; partium ducibus, aut militibus se tutos
stultissime putauerint: cur tu hanc Vrbem tam
cito, tam nullo fere negocio, magis mireris esse ca
ptam? q̃ non tristeris tam frauduléter proditã?
non misereaeris tam immaniter esse direptã? tam
nefarie esse dirutam? Cum tuæ sit præcipue hu-
manitatis, omniumq; Germanorum, nostras ca-
lamitates miserari. Quod tum duci Germano
pacem dedimus, cum uictoriam in manibus ha-

bebamus. Quid enim illum, licet solo, & finibus Gallum, nō uocem Germanum? qui lingua esset Germanus: & ꝓ partibus staret Germanis, quiq; ut eos, quos in suis castris habebat, & eos simul, quos in alteris Cæsarianis castris commeatus, sti pédiiq; inopia, laborare, tumultuarique nouerat: Germanos seruaret: Romanos, et quicunq; Romam, Latium, Ethruriam incoleret, nefandissime perdidit. At si non itidem uestræ esse prudentiæ iudicetis, ut nostræ credulitati, aut (si placet) stultitiæ, ignoscatis, ꝙ tum uictorem exercitum dimisimus, cum ab altero erat exercitu Cæsariano me tuendum, tunc ego uos ita interrogem: cur uester dux Germanus pacem pro utroq; promisit? cur Cæsarea diplomata, quibus sibi componendæ pacis, plena, integra, absolutaq; facultas dabatur, protulit? si eam se non posse integrā inuiolatāq; utrinq; præstare sentiebat, cur utrinq; promittebat? si posse, cur non præstitit? cur in dimidiata pace, integræ seruitutis pactionem, bonorum, fortunarum ꝗ; nostrarum omnium interitum occultauit? Sed nos stultos, nos cæcos, q siue auaritia, siue pecuniæ inopia, uictorem illum, e, solo Italo exercitum dimisimus, illam saltem legionem retinere debebamus, quæ huius legati licet togati, auspiciis (tm̄ generosæ stirpis propagatio, clarissimiq; generis cognatio ualet) Hispanorum, Italorum, cumq; duce Germano, Germanorum exercitū, nō mō intra Frusinonē obsessa nauiter substinuit, sed noctu illum se in tutum recipientem

uidit

uidit,& insecuta est fugientem. Pacem igitur non a nobis ambitã, sed a Germano uestro duce fugato petitam, securi fouebamus. Cum ecce ex altera parte, alter Cæsarianus exercitus: non ille quidem ob res repetitas, & non redditas: non ob suos legatos cõtumeliosius habitos: non ob ius belli, pacisue leges a nostris uiolatas: sed e uestigio, pace audita, tamquã ad eum illa non pertineret: nec ipse Cæsariano nomine censeretur, Quod Barbonium credo, quin Brennum potius Galliæ facem, Italiæ uastitatem, totius prope Europæ furiam Imperatorem haberet: ceu lupus sanguinis siti, sic fanorum præda, fortunarumq; nostrarũ rabie stimulatus, miseram urbem, diu otio, & togæ assuetam, recenti pace fidentem, Imparatã, ac dimisso illo uictore exercitu, illaq; fortissima legione, fere inermem, nec exercitatione modo, sed gestatione quoq; armorum iampridem interdictam, inuasit, cœpit, diripuit, incendit: nullo non genere crudelitatis, nullo non genere ignominiæ nouem integros mẽses affecit. Ac nisi e sorbitione nostri sanguinis, ex altissimisq; deformatæ, ac uariis in locis conuestitæ urbis ruinis, illum ad Neapolitani Regni defensionem belli necessitas detrusisset, Nisi & is esset huius urbis Genius, id fatum, ut semper ab interitu renascatur. sæpeq; felicius resurgat, quam calamitosius conciderit. Vrbs Roma, quæ adhuc Christianæ religionis, ac ueræ pietatis est sedes, est christiani orbis caput: nulla nunc prorsus esset, æquata solo fũ

ditus iaceret,& quæ Regum,Imperatorum,Pontificum,ac Heroum,tot sæculis domiciliũ fuisset,nunc uolucrum tantum nidis,ac ferarum lustris,pascendisq; gregibus pateret. Quæ omnia nos mala nostris tu uitiis,nostra Imbellia perpessos dixeris.Quasi uero hic non plures habitent aduenæ,& externi,quam indigenæ, quam Itali, Ac non sit sæuius, a Germano in Germanos sæuitum,quam in quod uis aliud hominum genus:ac non plus impietatis in templa, & aras, quam in profana sit admissum?Sed me tandem ab importuno patriæ luctu. & gemitu, ad breuissimam sui relationem illæ reuocant Vrbes,quas ueteranorum italorum præsidio firmatas,hostis quãuis numerosissimus,quamuis felicissimus expugnare nulla arte,nulla ui potuerit. Ita tamen,ut prius,quas externi,non soli tamen, tutati sint:non dissimulemus.Ticinum igitur & Neapolim a Cæsarianis fortiter defensas,& felicissime seruatas,ultro fatemur:neq; hanc laudem cum Italo communicamus:& quamuis sine Itali magna manu,& uirtute,multisq; Italis ducibus ea illis laus parta non fuerit:solam tamen illorũ laudem simulemus:quorum forsan maior in illis defendendis numerus fuerit.Quod in Parma defensa,ita liberaliter concedere nequimus.Licet .n.Gallus dux cum suo non magno æquitatu, magnam se operam in ea retenta gloriari possit: maiorem tamẽ Federicus Gonzaga Italus dux, & eius peditatus sibi iure uendicat: quod maior

fuerit Italorum,quã Gallorum numerus: maior etiam uirtus. Eodem modo & in Verona propugnata: pro qua licet Germanus ſteterit: ea tamen prope tota, M. Antonio Columnio gloria eſt tributa. Sed redeo ad Ticinum. in quo tuendo, etſi multum Cæſariano tribuas præſidio: plus tamen uicinis, amiciſq; Cæſarianorum copiis tribuas, quæ pro Vrbe illa obſeſſa excubabãt: quæque Vrbem illam Gallo obſidenti oppoſitæ, non modo non infeſtius premi, arctius cingi, impetuoſius quati ſinebant: ſed inſignem, ac omnibus ſæculis memorandam uictoriam, uicto, & profligato, & capto Gallo ediderunt. In ſeruata uero felicius, quam fortius Neapoli, magnam uictoriæ partem ſuam eſſe putat aeris inclementia: Maiorem Lautrechi imperatoris Galli in metandis caſtris ignorantia: aut ſaltem in non mutandis, mutato præſertim anni tempore, pertinacia: Maximam Italus Italæ claſſis præfectus Auria: qui licet cum tot uerius ducibus: quam militibus ex illo ueteranorum exercitu ad id delectis Hiſpanis, in peſtano littore, pari triremium numero certauerit: licetq; ætate noſtra, nec pertinacior, atrociorue pugna cõtigerit: nec in qua utriuſq; gentis ferocia, & uirtus magis ſpectari, elucereq; potuerit: tam inſignem tamen uictoriam Hiſpano Imperatore deſiderato, aliquotq; ducibus hoſtium captis, triremibus aut demerſis, aut ereptis eſt conſecutus: ut Cæſaris fortunam fidã

illi alioqui, perpetuamque comitem nulla magis labefactauerit: de graduque dimouerit. Et si eiusdem subito reflatu, ueluti repentino maris refluxu in amicũ hostium portum uictor, uolens que, cum uictrice classe est reiectus. Paucis enim post diebus uictoriæ gratulatione uix dum defer bescente, quibusdam offensionibus interpositis, a Gallo, aliisque confœderatis Italis Victorib9, ac obsessoribus, ad uictos, obsessosq; Cæsaria-nos transiit, indignanteq;(ut par est credere) ui-ctoriam uictis/& obsessis apportauit. Quas om neis simul res non cohorti uni, uniue legioni, sed integro exercitui, nec multis adhuc aduersis præ liis fracto, nec ulla inopia laboranti: quin potius quarundam urbium spoliis onusto; tum tamen obsesso, & in unius ciuitatis mœnibus incluso, non paruo adiumẽto fuisse, ne ipse quidem Cæ-sarianus obsessus negauerit: qui Neapolim egres sus, maiorem prope miserationem cæpit ex ho-stium cadaueribus, quæ subito aeris uitio pro-strata, passim insepulta iacebant, quã ex inopina ta, & incruenta uictoria, lætitiam. At in expugna ta Cremona(ut tandem ad Italos solos, aut Vr-bium expugnatores, aut propugnatores reuer-tar.) Quid adiumento duci Vrbinati fuisse Eras me dixeris? cum præsertim ea Vrbs a tam uali-do, tam ueterano, Germanorum, Hispanorum, Italorumque milite, & equite fuerit propugnata. An fortunã huic facinori comitẽ adiũxeris? quæ illi in acerrima, ptinaciq; oppugnatiõe? multos

fortissimos milites, & Antesignanos abstulerit? An in partem rei bene gestæ amicarum copiarum, quæ non procul castra haberent, auxilii, fauorisque spem uocaueris? Tantundem: quum is nullas haberet, nisi suas: nullas ex Italia alias expectaret. At si id non fuit: externis iã iã adfuturis confirmabatur? ne id quidem. Quippe qui solo Italo uteretur: & qui Venetæ ditionis esset: aut Veneti nominis amicus cognosceretur. At quod hæc omnia abfuerunt, ignauia non abfuit defendentium: non defuit inscitia propugnantium? Id multo minus. Qui quæcunque ingenti mole opera erigeret, quæcunque machinamenta muris, seu fossis admoueret: ea illi omnia aut summa arte ludificarentur, aut infuso igne, & ad id comparato, leui momento exurerent. Defensa certe est Cremona a Germano, Italo, & Hispano tanta arte, tantisque animis, & uiribus, quantis quæuis Vrbs p tot annos fuerit defensa: capta tamen est unius Itali exercitus, & ducis uirtute. Hactenus Erasme, cur tu Italum imbellem suspicari, somniare ue possis, non uideo. Videamus igitur tractim, an in Patauio, Florentia, Laudepompeia, Monopoli, & Barletta, quibusdamque aliis Apuliæ urbibus tuendis, soli Itali contra Italos, externos, ac totius fere Europæ florẽ, pari se gloria gesserint. Venetorum milite (ut iam ostensum) a Ludouico Gallorum Rege profligato, Patauium Erasme (que res adeo est uulgata, ut nulla sit orbis ps tam abdita, tam inaccessa, ad quam tantæ obli-

dionis fama non persuaserit) non a Gallo solum uictore: sed a tot simul natiōibus, a tot Regibus, a tota deniq; reliqua Italia conspirantibus, tot mensibus obsessum, num solo Italo defensore capi potuit? non modo capi non potuit, sed sapientissima illa Venetorū resp. omnibus gētibus ad tantæ rei exitum quasi e specula intentis, ostendit: neq; Italo in aduersis animum, dubiisq; rebus consilium: neq; in prosperis moderationem, ac in regendis populis æquitatem deesse. Intra Paucos enim annos, sui senatus sapientia, egregia militum Italorum fortitudine, Ducum uirtute, subditorum beneuolentia, & fide, pristinū omne Imperium recepit: existimationem, longe quam antea maiorem amplificauit. Italumq; ut sæpe prælio, sic nunq̄; bello uinci posse, ipso tanti, tāq; multiplicis belli exitu declarauit. Florentiam uero: quæ me tutiori pelago maledictorum in me maculas non sine risu diluētem, in procellosum hoc fretum negligentem magis, quam naufragii metuentem eiecit: non arbitror nescias: reliqua omni pacata Italia, integrum annū a Cæsariano exercitu fuisse obsessam: Nunquam tamen illum (q̄d uix existimes) in tam diuturna obsidione, licet numerosissimum, licet lectissimum, licet ab omni alia iam belli cura solutissimum, Florentiæ mœnibus scalas admouere ausum. Quem tu, si Florentiam capere potuisse, sed noluisse, dixeris: uestrorum perfidiam, si non potuisse: nostrorum fortitudinem, industriamq; omnium maximam fatea

re compelleris:Qui non prius sese dediderint: q̄ oĩ spe auxilii destitutos,fames,ac ipsa,quæ cũctis humanis est uiribus potentior, necessitas,ad de- ditionem attraxerit:tam honestis tamen condi- tionibus:ut accipientium,quam dantium, fuerit fere æquiores.At Laudempompeiam non arbi tror,sed scio te accepisse,non ab his,quibus Flo- rentia,sed ab aliis copiis Hispanis itidem , Ger- manis,& Italis,fuisse obsidione cinctam:num il- la,licet Germanum ducem habuerint:sunt poti- tæ:non modo non potitæ : sed, ut e Germanis, qui ex ea cæde incolumes euaserunt,nosse potui sti:ita sunt a solo Italo reiectæ, cæsæ , dissipatæ, ut clarissimus alioqui dux ille,nunquam postea exercitum repararit. Restat Erasme, ut quam paucissimis perstringamus:an Monopolim, quã ex Egnatiæ ruinis extructam uolunt:& Barlettã, Barolum olim apud Cãnas oppidum,quasdam que alias Apuliæ urbes:reliquiæ illæ ueriús , quã lectæ Italorum cohortes,& alæ,ignauiter defen- derint:quæ extincto illo apud Neapolim Gallo rum,ac Italorum exercitu,qui totam Italiam ui ctor emensus,Cæsarianos ex urbis Romæ ruinis exciuerat:omneisq; unam intra Neapolim inclu serat,ad Camillum Nomentanum Venetarum copiarum præfectum confugerunt. Is enim opti mis adhuc Gallorum,ac Italorũ rebus,illuc mis- sus,ut multas Apuliæ urbes mira celeritate cæ- pit:sic rebus postea accisis,non minori uirtute, ac consilio,iis præsertim auctus reliquiis,contra

uictorem hostem tutatus est. In quarum uariis, Illustribusq; factis, quid prius miremur? Quod hosti longa obsidione soluto, insperataq; uictoria potito, ita considerate, ita strenue cesserint: ut neq; abiectis armis, neq; reiectis scutis, pugnantibusq; magis, q̃ fugiẽtibus similes, huius oræ tuẽdæ, non fugiendi hostis gr̃a, cessisse sint uisa? An Quod in illis postea urbibus defendendis, adeo obstinate restiterint, ut facile apparuerit: plus in nostrorũ pertinacia, animis, & armis, quam in uestrorum auctoritate, uictoria, & felicitate fuisse. Vt que tot bellis, quibus tot lustris, misera est Italia conuulsa, si ii soli, & tam pauci Itali eã solam belli operam nauassent, contra copias præcipue tot uictoriis elatas, tot spoliis onustas, tamq; supra uotum, & cum ne salutem quidem sperarent, uictrices: nullus mortalium non falso, non temere, bellacem Italum repertu rarum dixerit. obsessi enim obsederunt: inclusi in rapidissimi torrentis morem sæpe eruperunt: palantes hostes crebris, subitisq; excursionibus egerunt: multos e fugientibus coeperunt: multos trucidarunt: nõ paucos insidiarum fallaciis ĩterceperũt: aliquotque interea urbes uictoribus ademerunt: Pluraque ex iis unus, qui ordinem ducebant, Simon Thebaldus Romanus militaria hostibus signa eripuit: Quæ Mineruæ Tholo suspensa, quiuis facile intueri, numerareq; potest: quam quisquã e uestris ducibus, quos sua sæpe uexilla in diuturna illa Vrbis direptione, nõ sine nostro altissimo

gemitu

gemitu explicare, præseferre, ostentareque uidi mus, explicauerit, præsetulerit: ostentauerit.
Sed quid ego Erasme cum tot iam urbes a solo Italo egregie defensas breuiter tibi ostenderim: alia Laurentii Ceretis illustria bellicæ disciplinæ decora non sine aut odii suspicione, aut obliuio nis nota omnino conticescam? Huius. n. nõ par ua opera, & consilio, non eæ solum quas modo memorabam Apuliæ Vrbes, sed ut longe antea Crema, sic paucis ante annis Massilia, a grauissi- mis obsidionis periculis sunt liberatæ. In quibus tutandis, nullum prope est in re militari tam ra- rum, tam singulare facinoris genus: quod ille cũ suis Italis non fortiter exhibuerit: nullum pericu- lum tam metuendum: cui ille ultro nõ sese intrepi de obiecerit: nulla laboris, uigiliæ, continentiæ, ce leritatis, fidei, animiq; magnitudinis fama: quam sibi ille ad posteros non conciliauerit. Mitto qua celeritate, qua animi fiducia, quo consilio, quam nullo suorum sanguine, pontificiis, quas legato Augustino Triuultio ductabat, copiis: Cæsaria- nos e Frusinonis mœnibus in suum Neapolita- num regnum nõ solum spe frustratos, sed noctu, impedimẽtis relictis, se recipere compulerit. Vos autem quo piaculo intactas elabi patiar Italæ, ac plane Martiæ, ueræq; christianæ cohortes, & alæ: quæ duabus Germanis legionibus, pari stu- dio, simili uirtute, Germanaq; pietate, ad nostræ sacratissimæ religionis corruptores, e Lotoringiæ finibus propulsandos inflammatis, sociæ adiun-

ctæ:teterrimam Lutheranorum colluuiem, ueluti densissimã, atrocissimãq; grãdinẽ, eius primũ pui ciæ, mox reliquarum omnium, omnia late depo= pulari, miscere, uastare, molientem repræssistis? sed quid repressistis dico? immo uero dissipastis: & ad unum prope internitioni dedistis? Quid igi tur ĩ his habes Erasme quod culpes? quod redar guas? quod illudas? Timorem? at has audacissi= me pugnasse constat: neq; magis de Italis hic lo quor: quam de Germanis illis mediusfidius inui ctissimis: ac una cum Lothoringiæ duce, & equi= te, cœlo consecrari dignissimis: Neq; .n. dum Ita los raro bellaces immerito abs te proditos dole= mus: aliarum nos nationum uirtutes, ac egregia facta, aut inuidendo supprimimus: aut scribẽdo, extenuamus. An tu illas numero fretas confin= gas? at decem tantum millia, sexaginta millibus impauide prouinciam illam inuadentibus, impa uidius sese opposuerunt. An loci fiducia? mu= rorum ue ambitu nostras tam paruas copias cõ fisas dixeris? at in apertis é campis illa tam egre gia, tam diuina, pugna depugnata? An uiolatã? immutatãmue suam ab his priscam religionem crimineris? At lutherani id ausi iampridem sũt: id quotidie magis moliuntur: An in his tantum pietatem laudes? damnes euentum? at is fuit feli cissimus: An his ipsis tantum felicissimum prædi ces? at is cuncto christiano nomini fuit omnium maxime salutaris. Nisi enim illæ immanissimæ, teterrimæq; feræ, horum paucorum fortitudine

ſimul,& pietate,illo ter ualidiſſime, feliciſſimeq; inſtaurato certamine, ad triginta quinq; millia cæſæ fuiſſent:reliqui omnes,qui ueram,ueterem, immutatam,perfectamq; Chriſti religionem, tot ſanctiſſimorum patrum uita ſtabilitam:tot doctiſſimorum uirorum monumentis illuſtratam: tot legitimis conciliis probatam:tot ſapientiſſimis decretis munitam:amplectimur:tuemur:ueneramur:una illa in pugna occubuiſſemus:occidiſſemus:interiiſſemus. Non enim illorum inexplebilem auaritiam,inexpiabilemq; amentiam, una capiebat Lothoringia:ſed in eam primum, mox in reliquas omneis Chriſtianas natões ſuæ impietatis arma uertere meditabantur. Atq; malorum omnium ſedem,quam acerrimus generis humani hoſtis:truculentiſſimuſq; noſtrorum animorum inſidiator,ideo ad Aquilonem poſuit:quod propter illius tractus ingenia, quæ nouis ſemper monſtris procreandis,nefariiſq; ſectis excitãdis ſtuderẽt:ac trucẽ ore Aquilonem ſpirarent,perpetuam ibi futuram præuidebat: hi in alium fruſtra locum,& cũ ſua ſunt pernicie trãſferre moliti. An hos rem ſibi pernitioſam molitos miremur? Qui Diuorum ſimulachris paſſim diſiectis,religionibus,cerimoniiſq; ſacrorum, & fanorum uiolatis, multiſq; in deos, & homines impie,nefarieq; commiſſis, furore præcipites agerentur:ac ueluti:quid ueluti?immo plane lymphati in manifeſtum ultro exitium ruerent. Eas .n.nationes,quas nouarum nuptiarũ illecebris,

fortunarum adæquatione, ciborum omnis gene ris usu, summis Antistitibus in ordinem redigen dis, Templorum spoliatiōibus, in suam detestabi lem hæresim pellicere nondum potuerāt: eas ar mis, depopulationibus, cedibus, incendiis, attra here sunt conati. E cuius tam funesti tumultus crimine ego quoq; Lutherum eximerem: ac hu ius nullo modo culpæ affinem sacramento con tenderem: confidenterq; assererē: nec eo duce Lo thoringiam suorum armis infestatam, nec eo so cio, aut suasore, tot lutheranos, a tam paucis no stris fuisse obtruncatos: si ii illum huius mali, hu ius contagii, & pestis autorem, originem, ac fon tem non fuisse docuerint: qui id illum nec uoluis se, nec putasse contendunt. Quasi quicquam sit, quod sapientem minus deceat, quam dicere non putaram: sitve quicquam ab homine Christiano, & a bono, & sancto uiro alienius, quā ubi de im mutanda, seu (ut ipse existimari uult) emendan da religione deliberet: nō futuras seditiones, non cædes, non sacrilegia, non rerum omnium, ac sa crorum perturbationem expauescere: Non ex unius sectæ renouatione, multarum nefanda rū sectarum renouationem reformidare. Sed quis unquam putasset? Lutherum hominem in litera rum, historiarumq; sacrarum lectione exercitatū, in differendo acutum, in concionando uehemen tem: in libidinibus (ut audio) cohercēdis inuictū: in spernendis opibus constantem: præ una ta men ambitione, propagandique nominis ardo

re,eorum exitum non uidisse,non exhorruisse interitum? Quorũ iampridem execratas, e que hominum non solum animo,sed præter sola nomina,ex omni memoria erasas hæreses,non tã imitat:quã (si possit)conatur,ut e multis pessimis, unam longe peiorem,longe detestabiliorem conglutinet,ut sit Dioscoro facinorosior: Arrio perniciosior:Mõtano execrabilior : Manicheo , reliquisq; id genus portentis,funestior. An non se iã colligere Lutherus,seq; acerbissimo simul dolore conflictare deberet? Quod suam,in qua natus ẽ, religionem, quamq; pacatam , concordemq; a maioribus accepisset,tam impie distraxerit: tam immaniter disiunxerit. Quod quantũ habuit ingenii,quantum acquisiuit scientiæ:non ad hominum charitatem, sed ad perniciem conuerterit. Suos enim non modo nihilo meliores effecit: sed ut hos,prædæ cupiditate in hanc fœdissimam,& a Christiana pietate auersissimam mortem attraxit,sic reliquos suæ huius nouæ , molliorisq; sectæ,solutiorisq; licentiæ studiosos discipulos, ciborum,uoluptatumq; illecebris captos , non ea morte affecit,qua illi afficiuntur : qui corporeis uinculis soluti,in beatorum uitam,& sedem emigrant: sed ea uita orbauit:quæ iis,si caste, si temperate,si pacate,concorditerq; uixissent : sempiterna,felicissima,diuinaq; debebatur. Sed desinamus Lutheranos,in quos non consulto,sed casu, (ut uides)incidimus,irritare:sua nimis sponte ad reip. Christianæ concordiam perturbandam im

maniter concitatos. Quibus si alias uirtutes impertiamur: Modestiam nullo modo possumus, E uirtutum numero, ut doctiores, quam nos homines, meliores, quam nos Christiani, illam penitus eximunt. Quem enim e priscis illis (ne de uiuentibus loquar) sāctissimis, doctissimisq; patribus non aspernantur? aspernantur? immo inhumane, ac barbare insectantur: hunc porcum, illū canem, alium belluam appellantes: ita inani exactissimæ doctrinæ opinione inflantur: Ita sola adumbratæ uirtutis, simulatæq; integritatis specie turgescunt. Vt igitur Erasme mea ad te, & ad quod institui, perorādum, se referat oratio. Quoniam neq; testibus (ut solet) neq; argumentis, sed rebus: quas tu non geri modo audiueris: sed gerendis interesse potueris: satis iam aperte uidetur ostensum: Italos nostri æui milites, quocunq; belli genere esse præstātissimos. Et si multis iam annis, Italia uariis fuerit bellis uexata: nō nostra tamen Imbellia, sed ingenito nobis belli studio, quadamq; naturali imperandi cupiditate, externorum auxilia, non modo in Italiam euocata: sed nostris discordiis & alita, & defensa: cum tu cōtra, non nostræ solum, sed omnis memoriæ Italum, omnisq;, quamuis diuturnæ militiæ militē, sic frustra raro bellacem, (ut frustra Anaxagoras niuem nigram) uenientibus seculis insinuare, persuaderèq; laboraueris, ac propterea tam manifesto tenearis: ut non solum aperti mendacii, quod ipsum per se est teterrimum, sed pertinaciæ quo-

ꝗ crimen: quod longe tetrius, longe eſt deteſtabilius: apud eas gentes, apud quas Italorum nomē peruagatum eſt: ideſt plane ad omnes, ſis perpetuo ſubiturus: niſi ab iſta mente, ſententiaꝗ deſiſtas: non tam meæ cauſæ neceſſarium, quā tuæ exiſtimationi utile iudico: ſi amicis quoꝗ monitis, quaſi mitioribus remediis, ego te lenire aggrediar: ut ſi te ea quæ a Græcis, ac latinis fidiſſimis, grauiſſimiſꝗ ſcriptoribus bellica priſcorum Italorum facinora traduntur: ſi tam euidentia, tā recentia, tam oculis inſpecta, noſtrorum militum geſta, nondum flexerint: noſtri forſan amantiſſimi monitus, humaniſſimiꝗ rogatus, ad ueritatem, quæ ſcribentium eſt anima: tuum ſtilum reuocent: tuam mentem ad communem omnium mortalium ſenſum, ſeu iudicium potius, referant: tuum animū ad beneuolentiam erga Italos milites, erga ipſam denique amicam Italiam pelliceant: Cui ꝓfecto non tu modo, ſed omnes populi, omnes nationes: omnia maria plurimum debent. Quæ enim regio ſparſa Imperia congregauit? Italia congregauit: Quæ ſanctiſſimis legibus, optimiſꝗ inſtitutis efferas gentes molliuit? Italia molliuit. Quæ tot, & tā diſcordes linguas latii ſermonis commercio ad colloquia contraxit? Italia contraxit. Quæ omnium gentium patria? Italia. Quæ omnia maria intra pauciſſimos dies pacauit? Italia pacauit. Cui demum (ne ego aut nunc uelle, aut unquā poſſe Italiam laudare uidear: qui non ut a me laudetur:

ſed ne abs te ledatur,laborem)ipſum quoqꝫ cœlum debet?ipſum quoqꝫ cœlũ debet Italiæ:Quæ quod Deorum cultu omnes exteras nationes ſuperauit:quodqꝫ ſuis quãplurimis ciuibus in cœlum relatis,Cœlitum numerum adauxit: cœlum ipſum reddidit auguſtius, effecit uenerabilius. Anne uero ſola Germania non debeat Italiæ?Debet ſane Italiæ Germania non parum:Itali enim illi orbis domitores in Germano ſolo antiquas Vrbes non ad uictoriæ libidinem eruerunt: ſed nouas,& pulcherrimas,ad beneuolentiæ luculentiſſimum teſtimonium extruxerunt. Age uero (ne longinqua repetam)laboranti abhinc biennio periculoſiſſimo Turcarum bello Germaniæ; nonne Italia recentiorum iniuriarum oblita,bellicoſiſſimas legiones ſuppetias miſit?non ne fuit cauſa non minima?ut hoſtis ſupra fidem numeroſiſſimus e Germania: eque omni Europa in ſuam pedem Aſiã turpiter retulerit?miſit certe Italia Germaniæ ſuppetias:Hoſtis fugienti ſimilis e Germania exceſſit. Errare Eraſme, labi, decipi,hominis eſt aliquando non ſtulti: memoria uacillare,ſenis eſt interdum etiam doctiſſimi. Si qs uero amiciſſime, fidiſſimeqꝫ erroris monitus,illum ſpreuerit: contumaciqꝫ pertinacia defenderit:Id eſt hominis (ut leuiſſime dicam) nihil de ſua exiſtimatione cogitantis: nullumqꝫ ueræ laudis guſtũ ſentientis. Quid? an ne uero tot tuis ingenii dotibus te derogare non credas?ſi ptinacius,peruicaciuſqꝫ in ea ſententia perſiſtas?

cui a

cui,a pugnacissimo Italo erectæ in hostico Vr bes,& arces reclamēt? A ræ ab hostibus ipsis ad Italorum Imperatorum uenerationēm dedicatæ,repugnent : omnium autorum scripta refragentur: omnium gentium ora contradicant: cui in solis terrarum ultimis adhuc extantes, Ipsūq; sua prope cœlum altitudine cōtingentes substructiones,suis fastigiis minitētur,cui deniq; maria littoribus,portubus,īsulis,scopulis,solito uehementius,impetuosiusq; illisa,ad illusiōem inanissimi,impudentissimiq; mendacii,ut reboent, remugiant,restrepent,expectes. An cum naturæ, deiq; tantus erga homines amor extiterit? tanta etiam cura?ut ipsis aliquando mutis sermonem, sterilibus partum,piscibus responsum,terræ mugitum,aeri sanguineum, ac lapideum imbrem, cœlo ardorem,discessumq; tribuerit? quibus siquid aduersi impenderet:moniti quibus possent supplicationibus,expiationibusue præcauerent, siquid boni : id læti gratiq; præsentirent: Eundem tu Deum?seu naturam, iisdem rebus, in re haud dubie uera,deorumq; fauore,& numine facta,testimonii loco,ad huius mendacii illusionē, assensum,signumue aliquod non tributurā speres?Quid speres?non metuas?non expauescas, Aderunt(mihi crede)hæc,pluraq; alia, aderunt, qua poterunt significatione, testes: non modo Italæ uirtutis in bello:sed seruatæ, propagatæq; religionis in pace:Num ullum tam rarum pietatis exemplum extitisse unquam existimes, quod

Italus non sanctissime præstiterit? Numue ullũ bellorum genus in rerum natura excogitari posse? in quo Italus non uicerit? an ullam terrarum partem, oramue? de qua Italus non triumphauerit. Nullus locus, nulla sedes, nulla ē regio: in qua Italæ, Romanæq; fortitudinis, humanitatis, consilii, animi, & pietatis, non sint aliqua adhuc impressa uestigia. Mihi autem (cum de me cogito) hæc simul omnia exibilare, illudere, insultareque uidentur: q in re tam aperta, tã clara, & qua nulla, post homines natos, sit testatior: tam longa usus fuerim oratione: quodq; te non neglectũ potius, quam tam ieiune, tam moderate, ne dicã timide, refutatum reliquerim. Tuæ tamen tot iã editæ lucubrationes, multiplexq; eruditio, tuaq; ista, quæ paucis est concessa, tam multa scribendi facilitas, mouit: atq; adeo impulit: Te ut monerem, obsecrarem, ne diutius cũ Italia simultates geras: sed cum illa in gratiã quam celerrime redeas. A qua non latinas modo literas accepisti, sed i qua (ut audio) inqnatæ latinitatis uitium uitasti: puræ gustum sensisti: succum suauioris imbibisti: tantumq; ex his tibi famæ cõparasti: ut paucissimos tibi hoc æuo opponere, pauciores præponere possimus. Nec tamen est cur Italorum spernas ingenia: spernas & eloquentiam: quod bellorum illa diuturna tempestas, nõ nihil ab institutorum studiorum cursu illos abstraxerit. Non enim pauci excellentis ingenii felicitate, ad omnes procellarum impetus, ut sube

cundos, promptissimi, sic ad euitandos, solertissimi, ad superandos fortissimi, naui, & mercibus seruatis, e tanto ingeniorum naufragio, in eloquētiæ, uariarumque disciplinarum portum incolumes enatarunt. Habet adhuc Italia, habet, tot præclarissimos philosophos: tot Iuris scientia consultissimos: tot diuinos Theologos: tot, & tam illustres medicos: tot subtilissimos Mathematicos: Et (ne mutarum artium eximios, & cum ipsa uetustute certantes artifices dicam) tot in omni bonarum artium genere eminentissimos homines: Quot nomina, ut sane non omnium noui: sic, si norim: uix enumerare ualeam: & causa non postulat: ut enumerem: & his ipsis, si prætereantur, ut non ingratum futurum arbitror: quod nostra laude non indigent: suis satis uirtutibus clari: sic tibi etiam iucūdum: quod illos, qui neq; poeticem, neq; eloquentiam profiteantur: abs te non magni fieri tui asseuerent. Illos uero, qui harum alteram, aut utramq; amplexantur: ac eloquentiam cum sapientia coniungere adnituntur: qua obsecro animi, qua ingenii, qua doctrinæ fiducia aspernaberis? quos tu quoq; si præ te contemnas: quod tam multa, quam tu nondum emiserint: nec forsan tam multa legerint: quod tam diu, quam tu, nondum uixerint? Næ melius tuæ famæ: tuæ posteritati consules: si omni studio, omni cura contendas: ne hos tibi inimicos pares. Hi enim, ut primum Italum militem tam ignauum abs te habitum audient:

acriter tibi irascentur:acerbissimis te Iudiciis con cident : grauissimis sententiis configent : & quo quisq; poterit scriptorum genere, hostiliter lace-rabunt:turpissimaq; mendacii nota deturpabūt: cæterarumque præterea tuarum lucubrationum fidem, autoritatemq;, uel ipsa sola græce, latine, actusce, in te scribentium uarietate: & copia, non parum eleuabunt. Quos ego ne hoc loco, (ut de illis feci) omnino taceam: cum eorundem studio rū ratio, & cum horum non paucis arcta etiā fa-miliaritas: tum imprimis ea causa hortant: quod cum quotidie noua, ac illustria ingenia in Italia emergant: ac ideo illa Tibi tam procul absenti minus nota esse non dubitem: neque tibi inuti-le, neq; ingratum futurum ratus: si hos sine ullo tamen orationis ornamēto, nulla aut ætatis, aut dignitatis, aut præstantiæ ratione habita, cursim (ut quisq; occuret) enumerem. Quo non igno-res, cum quibus tibi literarum Cēturionibus, Tri bunis, & Ducibus, contentio, certamenq; impen-deat: nisi bellicam, quam Italis laudem præripui-sti, libenter, ultro, & quam celerrime, integram, in coruptamq; restitueris. Caue per deos obsecro Erasme ea causa intumescas, omnesq; eruditos Italos præ te fœnum putes, quod pauci, aut for san nulli, tot uolumina, quot tu, ediderint. Nam si Bembus, si lampridius, Lazarus, Niger, Bonfi nius, Pierius, Egnatius, Sebastianus Delius, Ma ioranus, Faustus, Recalcatus, Iul. Camillus. Pe tronius, Tho. Petrasācta. Laur. Bartolinus: Mar

cel. Ceruinus, Sandrius. Philip. Strozza, & Petr9 filius: si Fundulius, Marlianus, Lactant. Ptolomeus. Io. Pacũius, Crotus, Scæuola, Balamius, Latinus Iuuenalis, Lancellotus Politus, Gregorius Cortesius, Arsillus, Dardanus, Fracastori9, Maurus, Roscius, Sessa, Vitalis, Modestus, Frãchinus, Alex. Manzolus, Binus, Gasbar Contarenus, Paulus Torella, Barto. Simonetta, si Caserta, & Rota Neapolitani: si Ludouicus Fanen. Curtius Fregepanis. Iul. Alterius. Flaminii duo, Sebastianus Gualterius, Mariangelus, Franc. Crassus, Victorius Medianẽ. Cælius Calcagninus, Ianus Calãdra, Io. Chrysostomus. Cocceanus, Bellinus, Romulus, & Pompilius filius, Thebaldeus, Fab. Vigil. Petr. Mellinus, Molsa, Superãtius, Colotius, Vbaldinus, Blosius, Aloysius Priullus, si (ne & Illos ignores: qui iurisperitiam sermonis elegantia, & orationis ubertate exornarunt) Philippus Archintus, Gualterius Corbetta, Burla placentinus, Andreas Alciatus, Claudius Ptolomeus, Massa Gallesius, Rutilius, Albutius, & cum his duo Antistites, Paulus Capisucchus, & Io. Guidizonius, si prætetea & hi Antistites, Sadoletus, Marius uolaterranus, Grana, Leander, Vida, Io. Maria Sipontinus, Petr. Crassus, Scribonius Tifernas, Iac. Ponzettus. Ninus Potentinus, Antonius Venantius, Alexander Campegius. Franc. Piccolominius. Si & Amplissima dignitatẽ Pricipes Cardi. Augustinus Triuultius, Alexander Cæsarinus, Hercules Gonzaga, Nicolaus Ro

dulfus, Ioannes Saluiatus, Hippolytus Medi-
ceus, si demum hi inquam, aliiq; innumerabiles
Itali disertissimi, nondum singuli, quot tu, uolu-
mina ediderũt: qui scias, an ex his aliqui iam plu
ra, quam tu, scripserint? ea tamen ne præcipiten-
tur, intra suos parietes coerceant? qui autem ex
his nondum prouectioris ætatis fines attigere:
sed uix medium suorum studiorum stadium emẽ
si, assidue promouentur: longius procurrunt: ac
indies magis ad humanæ eruditionis, ac facun-
diæ metam uicinius appropinquant: si naturæ
beneficio, tuorum annorum numerum icolumes
impleuerint: nonne & ipsi tam multa quam tu,
poterunt lucubrate? poterunt profecto Erasme
aliqui tam multa: aliqui plura: (aliqui tua ue-
nia) etiam digniora. Nam licet illa diuturna, ac
pertinax bellorum rabies, quam pauloante exe
crabamur: nostris admodum studiis obfuerit, ipsa
tamen pax, ut primum est restituta: alacriores no
stris ingeniis animos ad illa intermissa repetẽda
adiunxit: acrioresq; stimulos ad illa reparãda in
fixit: neq; ætate prouectioribus modo: sed & ipsis
etiam adolescentibus: quos non paucos in mul-
tis Italiæ urbibus, præcipue tamen Neapoli, Bo-
noniæ, Patauii, ac Venetiis, non paruum iam elo
quentiæ specimen dedisse: nec paruam bonarum
artium adipiscendarum spem de se concitasse,
multorum literis, & sermone cognouimus. Ego
uero tibi affirmare possum Erasme: duos impri-
mis in nostra hac Vrbe summo loco natos, sum

mo ingenio præditos esse adolescentes, q tãtis ad eloquentiam animis, & ad omnes, ueterum more, disciplinas capessendas sunt agressi, tamq;, tã breui, profecere, ut nihil, nisi egregium, ac plane Italum, planeq; Romanum, ab his ĩtra paucissimos annos expectemus. quos ambos, ut Teulum, Gallum, Colotium filium, Iul. Fabium, aliquotq; alios clariores tirones, in ueteranorum numerum non ascripsissem, nisi Prosperum Crucium Bononia omnis, præsente Clemente. VII. & Cæsare, cum magna ingenii, & eloquentiæ laude orãtem uidisset: nisi & Bernardinũ Maffeũ ornate, copioseq; scribentem, Patauium primum, mox patria ipsa Roma, cum armorum ferendorum libertatem paucis ante diebus a Paulo. III. sibi ademptam grauissime ferret, suorum ciuiũ causam agentem, præreptaq; arma ui, ac orationis impetu prope extorquentem, non laude modo, sed admiratione quoq; dignum iudicassent. Adde quod non importunum, ambitiosumue existimaui, si hos sua satis sponte discendi studio flagrantes, ego quoq;, quantum possem, inflammarem: quo etiam nostros alios adolescentes, & pueros, qui non pauci, iisdem nunc bonis artibus imbuuntur: his laudandis ad tam pulchræ laudis gloriam accenderem. Sed redeo Erasme ad literarii exercitus antesignanos, & duces: in quorum non paucis litteræ interiores: summa uerborum grauitas, ornata sententiarum concinnitas: uehemens orationis cursus: assidueq; id moliuntur, id

iſudant,id agunt:id affectant:ut locupletiſſimi,
grauiſſimiq; autores,non ieiuni,ac non ſemper fi
di interpretes euadant: utq; ſuæ lucubrationes
non intra famam poſt obitum ſint:iaceãt,tabe-
ſcant:ſed ipſa cum omnium ſæculorum diuturni
tate lætius germinent: ſpecioſius floreant: uberi
us fœtificent. Nec ut ſuam religionem oratione
perſtringãt,ſed ut uita,& ſcriptis uenerabiliorem
efficiant. Ego certe tibi ſpondeo,& promitto: ho
rum aliquammultos (omnes.n. facultate dicen
di pari,& ſumma laude,eminere non poſſumus:
& contemnendos non arbitror:qui ſequẽtes pri
ma,in ſecundis,tertiisue conſiſtunt) longe plura
in pœnu habere,quam in platea: longe plura in
priuato,quam in publico:quod tu per te,per te
(inquam) intelliges:ſi quam erudita,quam orna
ta,quam uaria,non quam multa ſint, quæ illorũ
exeant ſcripta,accurate,& ſine liuore metiaris:
quamuis (quod in bonam partem accipias ue
lim)exactiſſima iudicia,non quãtum quiſq; ſcri
bat,quantumue proſit,ſed quantum etiam dele-
ctet:quantum afficiat:quãti deniq; ſit,quod ſcri-
bat:metiantur. Pluriſq; faciant unum Põtani de
ſtellis,unũ Sinceri de partu uirginis libellum(ne
eos laudem, qui nunc ſunt,quos poſteri ueterib9
opponent)quam ingentia quorundam uolumi-
na:quæ licet paſſim legantur:ab illis tantum pro
bantur:qui numero capti,pondus non ſentiunt:
Non ignoramus, Eraſme palmariũ eſſe aliis an-
tecellere. At neſcio an non ſit præſtantius: nõ ſit
pulchrius:

pulchrius:non sit humanius: superior cum sis, parem te gerere:neq; alios omnes præ te cœnifa cere. Sed putare,uel si eximius sis,posse in aliqui bus aliquando ab inferiori,uel superari,uel saltē non iniuste reprændi. Ego,quantū ad me per-tinet,quamuis,ut ætate,sic rebus omnibus, longe me tibi inferiorem,non fatear modo,sed etiā pro fitear:meam tamen tua,hac in re,tanto superio-rem sententiam,quanto tuam orationē mea ube riorem esse cognosco,contendo,asseuero: neq; ē cur aut tu illam tibi fortuitū(ut solet)excidisse si mules:aut ego te orationis inopia lapsum opi-ner,Cum tu illam diu meditatam,cogitatam, & toties,tamq; diuersis in locis editam,ut uerā,sin-cæram, optimāq; tot ānos custodiueris: Et ego tuam in dicendo facultatem non ignorem. Neq; error est tam nouus,tamq; paruus,ut tolerari:ne que eiusmodi:ut in librariorum culpam ullo mo do reiici possit. Quamobrem collige te Erasme tandem aliquando:tuumq; istum Italorum con temptum(ne odium dicā)depone. Quos si præ te non satis eruditos iudicas:aut id prudēter dis simula:aut saltem ne usum quoq; fortiter, perti-naciterq; tractandorum bellorum Italis adime. An uero pro nihilo tu putes hoc efferri? Et ad au res,& ad oculos tam literas,quam acies,& castra sequentium peruenire? tibi nō modo e ueteribus, recentioribusq; latinis scriptoribus neminem in tuo Ciceroniano plane probatum? nisi & in tuis adagiis integræ nationi eam gloriam,eam uirtu-

tem adimeres,qua omnibus illa gentibus, omni-um gentium testimonio antecelleret:Quaq; oés, quæ olim notæ erant,nationes,aut suo imperio subdiderit,aut sæpe prælio superauerit,teq; in tuis dialogis,ita amarioribus scommatis liberius idulgere:ut ne illi quidem,in qua natus, & quam pie,docteq; profiteris,religiōi parcas. Quod ego nunc,non tam libere tecum loqui auderē: ne aut nostra admonitio acerbitatem, aut repræhensio contumeliam pareret:nisi hac procaciore licentia,& ipsos quoq; lutheranos in te irritaueris: qui edito nup in te libello,te ut ipiũ ac tuæ religionis illusorem incessiuere,q diuum tibi Paulum(bone Iesu)fanaticum,diuum Ioannem,multos crepare mundos uisum,quodq; alia quædam tam dictu,cogitatuq; turpia,ut ea pius,ac uerecũdus inimicus tibi exprobrare erubuisset,tu cogitare, nedum literis prodere,nō exhorrueris. Quæ ego ut uana esse uelim:sic etiam existimem. Expedit tibi profecto Erasme,expedit,ut hanc doctos obtrectandi consuetudinem, hanc cauillorum etiã in diuos acrimoniam tibi detrahas:Nam si detrahas,qui tibi merito possit obtrectare, non facile relinquetur, Vnde obsecro? unde uni tibi id accidisse reare? q tot uiri nobilitate,diuitiis, prudentia,literis insignes,te non epistolis solum,sed editis etiam uoluminibus in te sunt inuecti. Quid tu Genesium Sepuluidam Hispanum? qui philosophiam,ac Theologiam græcis, latinisq; literis pariter persecutus, utramq;, & orationis uber-

tate,& uitæ grauitate decorauit: ad scribendum contra te traxisse cogites? nisi officium? nisi pietatem? nisi ut Alberti Pii principis Carpensis, uiri omnium doctissimorum, sapientissimorumque iudicio, doctissimi, ac sapientissimi, patroni de se optime meriti manes, quos tu tam fœdis conuiciis maculasti, tam iniustis maledictorum notis inussisti, purgatos, sanctosque posteris proderet? Vnde tot in te quorundam iurgia manasse suspiceris? nisi quod hi te in te, & i tuis amãdis, nimium: nimium in alienis carpendis deprahenderunt. Audita uero hac tua in Italos contumelia, quos contra te cuiuscunque nationis eruditissimos homines concitatum iri, non dubites? non metuas? Certe illos quoque in te armabis, qui prius, quam hanc rem nouissent, tui, tuæque eruditionis erant studiosissimi, nedum, qui tibi antea erant infensissimi, quique passim in circulis, & bibliothecis petulanter effutiunt, arroganter obloquuntur, te multa quidem nosse, sed (ut de Margite est traditum) male omnia nosse, ac non sine cachinno blaterant: quibus (malum,) Batauus hic Momus agitur intemperiis? cui non satis insolens, ignominiosum, superbum, barbarumque uisum, quod i hoc ipso suo adagiorum uolumine toties aucto, toties emendato, toties edito, bellicam Italiæ laudem adimere tentauerit, Quodque quoddam ueluti belli classicum, quo efferas, barbarasque nationes, ad Italiæ uastationem excitaret, cecinerit: nisi & in suo Ciceroniano cunctis aucto-

tibus, e quacunq; gente latine scribentibus Romani sermonis candorem, ac latiæ eloquentiæ gloriam, quasi unus ipse sit extra omnem ingenii aleam, arrogantissime præripere conatus fuisset. Cum ipse nunquam tam emendate, tã accurate, tã sæpe e tot suis quicquã monumẽtis ediderit: quod id unus aliquis sine multis pudendis maculis offẽderit, sed uti hos nebulones. Qui ex aliena calumnia laudem, ceu fuci ex alieno labore cibũ quæritãt, neglectos relinquamus. Quid tu Paulum Iouium? qui mihi exciderat, qs enim oẽs (ut modo dicebam) doctissimos Italos meminerit? Quis nouerit? quis enumerauerit? quid? nonne tibi infensum, infestumq; futurũ censeas? qui, quod historias Liuiana scribit facundia, quo scribat & fide, altero ab hinc ãno, legiones Italas Hippolyto Mediceo Cardinale legato, Martio, & Camillo Colũniis, & Petro Maria sãcti Secundi Comite, tribunis, adolescẽtibus his quidem omnibus, sed quorum tu facta, non ætatis, sed immortalitatis iudices: in Germaniã, eo est consilio secutus: ut quæ in tam inaudito, tam formidoloso bello gererentur, accuratissime acciperet: oculatissime spectaret: fidissime intexeret. Is igitur & testimonii grauitate, & orationis ubertate, si in isto proposito peruicacius perstiteris, neq; ulla ratione ab ista mente, sententiaque destiteris: non te acriter refutabit? non acerbe redarguet? non infense exagitabit? non & audaciæ plurimum ad maledicendum tuis maleuolis ad-

iunget?cuius testimonium,si ut Itali,in causa Italiæ suspectum reiicias:aderunt, aderunt sponte Erasme testes,aderunt ultro diuinæ illæ,& omnibus seculis,omnium monumentis:& laudibus celebrandæ,Hispanorum cohortes;quæ tam animose,tam fortiter,tam constanter, tam feliciter teterrimã illam Turcarum tempestatem e Vianæ moenibus reiecerunt: immanissimiq; tyranni iugum Germaniæ,ac cuncto christiano nomini metum depulerunt. Neq; enim inuidiam,aut animorum angustiam in tam rara,tam singulari,tã diuina uirtute extimescimus. Omnibus nationibus apertus est cursus ad gloriam: Quæ autem illam,quam affectarunt laudem, sunt assecutæ: non detrahunt alienæ. Has igitur(haud dubie scio)concordi testimonio confirmaturas,Quam multum legiones Italæ,ut primum in Germaniam in medio belli ardore peruenere: sibi obsessis animi addiderit. Quam multum Turcis omnia late ferro,flammaq; uastantibus,terroris iniecerint:quam multũ Germanis principibus,(quos amplitudinis gratia nomino,)auxilii,& præsidii attulerint. Quamq; illis contra Germanis militibus,pudoris insperserint: qui in Italia domesticis,externisq; bellis conquassata,alacrius contra templa,& aras pugnare uisi sunt: quam in sua Germania,tota præsertim conspirante,socio Hispano, auxiliari Italo,pro coniugibus, pro liberis,pro libertate,aris,& focis,pugnauerint. Quo uel solo tam magno,tam prompto,tam oportu

ſio,tam ſalutari Italorum auxilio,ueſtrorum præ ſertim tam recenti in nos tot, & tam nefandarū iniuriarum memoria,non tu modo, ſed omnis Germania,licet bellicoſiſſima,Italiam celebrare, in oculis ferre,in ore,& animo,ſemper habere: in cœlum laudibus tollere:omnibuſq; aliis populis, nationibus,gentibus præponere. Quas aut Italus præliis uicerit:aut bellis domuerit: Italumq; bellicoſisſimum,ſapientisſimum, robuſtisſimū, & ſentire,& prædicare,& ad tuæ,quæ iam literis eſt conſignata,ſententiæ improbationem, ſtabilemq; refutationem, niſi eam ex animo prorſus tuo,e que omnibus libris deleri,abradiq; curaueris:ſui iudicii teſtimonium,ſempiternæ literarum memoriæ tradere:ac in columna id ænea, publico decreto incidi,ac perſcribi curare deberet. A quo uos debiti teſtimonii monumento,una forſan res auertere poſſet,quod noſtrarum legionū in Germaniam acceſſus, ut Germaniæ maxime fuit ſalutaris: ſic earundem in Italiam reditus Germaniæ fuit non parum incommodus: Quē nos non modo maxime improbauimus: ſed doluimus grauiſſime:tulimuſq; moleſtisſime:in ueſtris enim damnis, noſtrorum damnorum dolorem renouauimus:præteritorumq; malorum uulnera refricuimus. Non tamen eſt cur magis noſtros oderitis:quam ueſtros:omneſq; noſtrorum temporum milites, Qui aduerſus diſciplinam militarem ſunt corruptisſimi,ſunt contumacisſimi,quiq; non tam ad ſtipendia, ad donatiuum,

ad laudem,quam ad raptus, ad latrocinia (de gregarijs loquor) ad sacrilegia, militiam sequuntur, Quod tamen Erasme in his Italis si non minus ignoscas:minus porro mireris: quod subita consternatione,sine ullo futuræ decumationis timore,sine ducibus,per licentiam, e tanto bello, tam longinquo,in quo nullas Vrbes diripuissent, nullam prædam abegissent,in summa commeatus inopia,præterito stipendio iam deuorato,futuro denegato,ad pacem,quæ illi hominu ingeneri est inimicissima,redire,positisq; armis inglorii degere cogerentur,Et si desertos duces, contemptamq; militiæ disciplinam in his iure exagites: non est porro cur illos imbelles iudices:qui indomitam alioqui Germaniam,quam longa est, impacate remensi,nullo suorum desiderato,in Italiam sese fortissime receperunt.Cancelli Erasme, quibus in ipso me initio uolens circumscripsi: iam nō monere modo,sed etiam cogere uidentur: ut ueterum Italorum clarissimis,terra,mari, miraculis uerius, quam facinoribus intactis, in nostris quoque bellis recensendis finem faciam, ex quibus tamen uix tantum (ut uidisti) hausi, quantum ad nudum,ac euidens Italorum fortitudinis testimonium confirmandum, satis esse putaui. An sit dubium? situe incertum? si eas tantum res attigi, eas tantum testes adduxi, quas neque scriptas legimus, neque ante nos natos gestas audiuimus:sed,aut cum gererentur,geri accepimus:aut gerendis interfui-

mus:nec in aliquo munito(ut aliquando usu ue-
nit)loco,arceue in aliqua,in quam nulla uis hosti
um peruaderet,tuti aliorum calamitates, & crū-
nas humaniter ingemuimus:sed in illa tot mensi
um Vrbis Romæ tenebricosissima nocte capti,
capto principe,capto Senatu,ciuibus partim ca
ptis,partim pro patriæ mœnibus obtruncatis,
in miserabili mulierum,puerorum,ac sacrarū uir
ginum eiulatu:eiulatu & matrum suos infantes e
prædonum manibus eripere conantium, in im-
manissimo omnis ordinis uirorum,& ad eum di
em male seruatorum senum cruciatu,bonis, for
tunisq; direptis,domibus,aut complanatis, aut
disturbatis,fanis spoliatis,uix ægre tandem pre
tio,precibus mendicato redempti, non nostras
solū,sed publicas quoq; Italiæ ruinas altissimo
dolore cōsternati defleuimus:diu,multumq; mi-
rati, tot, & tam uariis laboribus, & tam a-
trocibus periculis,tam tenue corpus,tot, & tam
grauibus animorum molestiis,tam tenuem spiri
tum non succubuisse:& adhuc mirari nō desine-
remus:nisi illud nobis saluti iam fuisse animad-
uertissemus,quod exitio esse debuerat,Nam cala
mitatum multitudine, erumnarumq; grauitate,
quibus omnibus horis obruebamur,sensum fun
ditus doloris amiseramus: Quem enim Italum
tam ferreo pectore hanc unam rem reputantem
(si una tantum contigisset) non consternasset?
quod licet sæpe uicerimus: nunquam tamen ita
uicerimus,ut non simul uicti fuerimus, nunquā
contra

contra uicti, quin uicerimus: uicisseq́3, & doluerit, & puduerit simul: Ecquos e tanto illo, e tot natio nibus conglutinato exercitu, alios tu putes? quã Italos, primos Vrbem Romam armis hostiliter ingressos? possem illos tibi duces nominare, sed ne nominem, illorum magis pudor suadet, quam meus, ne noceant, timor deterret. At quoniam nõ dum ille immensus resedit dolor: nondum præ-teritarum miseriarum recordatio tristis, & acer-ba esse desiit: & illæ tanquam præsentes, & adhuc urgentes, inuitis sæpe oculis occurrunt: auersanti bus animis obuersantur: trepidantibus cogitatio nibus repræsentantur, tuus ille Myconius Cal-uus Erasme: & (nescio quo fato) alius item Caluꝰ, non itidem Myconius, sed (quod pudet) Italus, effecerunt: ut quæ grauissima, nefandissimaq́3 mala obiuerimus: grauiora, nefandioraq́3 uidean tur. Quando ea, ut tu Caluo illo Myconio inter pretãdo, nostroꝝ nos ignauia, uſroꝝ uirtute per-pessos, callide hostiliterq́3 posteris insinuare, per-suadereq́3 cogitasti: sic Caluus hic, iam nõ ampli us Italus, sed Germanus, ac plane tuus, tuæ cau-sæ occulte subscribens, non modo suam, & publi cam impie, nefarieq́3: sed tuam quoq́3, (cum mini me uoluisset) stultissime prodidit: una enim ope ra, & tuam manum male est imitatus: & literas quas abs te ad me dari finxit: uanas, barbaras, ac sibi repugnantes dedit: quibus homo callidus cũ callidis quibusdam amicis mihi: si posset: persua deret: ne defensionem hanc iam emissam, emit-

terem:neue ignauiæ uulnera,quæ tu Germanus Italis iniuste inflixisti:ego Italus,nullo presertim maledicentiæ uulnere in te relato, pie, pacateq; sanarem. Quæ licet potestatum dissimilitudine, Rerump.uarietate,bellorum studio, Imperandi cupiditate,ui siderum Italorum pectoribus insi- ta,contigisse diximus:existimandum tamē ma gis:ea fatali quadā necessitate,quæ improuidas nostras mentes occupauerit,euenisse. Vt miran- dum non sit,Italorum consilia,fatorum ui fuisse superata. Sed uide Erasme,quam nos tibi,quam tu nobis,simus amiciores,quamq; nos tecū aga- mus mitius,tibiq; humanius ignoscamus,qui cū in hoc,qui latissimus sese nobis aperit, campo, omneis orationis sinus uel mediocribus eloquen tiæ uiribus explicare,Iudicūq; animos, (si apud alios,quam apud te,iudices,hanc causam agere uoluissemus:) in tuæ sententiæ iuidiā,ac in tuæ famæ perniciem inflammare potuissemus :si e Veterum quoq; Italorum inumerabilibus, incre dibilibusq;uictoriis,e que toto orbe relatis tri- umphis,erectisq;,in extremis utriusq; oceani lit- toribus,trophæis,exempla aggerere uoluissem9. Causæ tn̄ nostræ fiducia freti, freti etiam te re- a nostri æui milite,ac duce,gestarum,euidentib9, uiuis,& adhuc spirantibus exemplis permotum, pristinam sententiam mutaturum:e que omnib9 illam libris,ut uanam,ut inanem erasurum, seu, ut eradatur,quam celerrime curaturum. Nos nu da,& sola ueterum Italorum fama,populiq; Ro

mani existimatione, priscorum partes satis defen sas, notam hanc satis abolitam, pristinum decus, satis conseruatum putauimus. Ea. n. omniũ mor talium animis Erasme, prӕterquam (nisi iam sit immutatus) tuo: priscorum Italorum bellicӕ for titudinis opinio est impressa, ea inhӕret: inhӕre bitq; perpetuo dignitas: ea maiestas: ea deniq; e uariis, ac plane omnibus Italorum uirtutibus, fa mӕ, honorisq; aura spirat assidue, hominesq; il las inuestigare, scire, imitariq; insudantes, sic iucũ de afflat, sic recreat suauiter, ut nullorum testium fide, nullorum argumentorum acumine, nullorũ exemplorum autoritate, nulla animorum permo tione, nullo denique (nisi ad pompӕ id fieret ostentationem: aut ad officii perfunctionem) illu strium rhetorum patrocinio, eloquioue indigeat. Adde, quod si in admirationem prӕcocis uirtu tis Adolescentibus extraordinaria imperia com missa: Si Virginibus, statuas erectas: si militarib9 uiris, ad corporis ornamentum, armillas, phale ras, torques, aureos anulos concessos: si ad pre mium laborum hortos, uillas, prӕdia, agros di stributos: si ad Clementiӕ, liberalitatisq; exercita tionem, uectigalia remissa, immunitates datas, captos Reges, liberatos, Deuicta regna, restitu ta: si ouationes, Deuotiões, trophœa, triumphos, si triumphorum ornamenta, si deniq; Vrbem Ro mam suas innumerabiles, incredibilesq; uictori as, quӕ uix cœlo ipso caperentur, nõ capientem, hoc uno in loco recensere aggressus fuissem: non

minor mihi magnitudo excreuisset: nec minori me difficultate circumuentum sensissem: quam si cuiusdam alius mundi res omneis, unum in quendam cumulum, uno tempore, una opera, coniicere tentassem.

A B C D E F G H I K

Omnes sunt duerni.

Impressum Romæ apud Antoniũ Bladum de Asula, Anno Domini, M, D, XXXV.



Antonius Bladus Platina Chalcographus
Ad Lectorem.

Arma Italis aufert calamo Germanus Erasmus.
Arma Italis reddit Cursius eloquio:
Seruarint armis alii sua mœnia: dum sit
Arma magis genti reddere adempta suæ.

Lector Hos Impressoris errores cursim animaduerti. In reliquis ignosce occupato:

In B litera fo. i.

Beniuolum: beneuolum legas

fo. iiii. Tanq;: lege tamq;

In C fol. i.

Scytam: Scytham, ibidem:

ne tam immenso: ne in tam:

In D fol. i.

Enygma: ænigma

In F fol. i. dictio nauasse omissa est:

Magnam se operam in ea: magnam se operam nauasse in ea,

In H fol. i. monti, emenda moniti:


Hos præterea duces, qui erant in margine, quia impressor omisit, hic notandos duxi.

In Vrsiua familia Io. Corradum: & Camillum Pardum


In Ballionia: Carolum, & Braccium:

In Marescotta. Sfortiam Habemus.

Vale.






BIBLIOTECA NA
1